


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Henrici Ranzouij
EPITAPHIA IN OBITVM PATRIS, MATRIS, FRATRIS, ET SORORIS, NEC NON FILIORVM SVORVM, TVM AB IPSO,

tum alijs conſcripta ac edita Lipſiæ, cum Heydelbergæ filius ſuus natu minimus IOHANNES RANZOVIVS peſte correptus diem ſuum obijſſet.

Adiectum eſt præterea opuſculum de ſomnijs eorumq́; euentibus.



LIPSIÆ,
GEORGIVS DEFNERVS EXCVDEBAT.
Anno
cIↄ. Iↄ. XXCIV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]



Nobilis expreſſit Sculptoris dextera viuos
Hinrici vultus ſedula Ranzouij.
At quæ rara latent ſub pectore dona Mineruæ,
Exprimere haud potuit, nec fuit artis opus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

EPITAPHIVM IOHANNIS RANZOVII, HENRICI PATRIS.

IOhanni Ranzouio nobili Holſato, qui poſt ſuſceptum Balthei militaris decus, & perluſtratas remotiſsimarū gentium prouincias, quantum pacis, belliq; artibus, omnibuſq; corporis, atque animi eximijs bonis eniti potuit, id omne ſecundum pietatem in Deum, vni patriæ, eiuſq; laudatiſsimis principibus Friderico I. Chriſtiano III. & Friderico II. Danorum ex ordine regibus, huiuſq; patruis Iohanni & Adolpho Holſatiæ ducibus impendit, feliciſsimo euentu, vtpote ſummus cum iuſto Imperio dux, exortis ſubinde bellis deſtinatus, ſemper victor, qui præter copias, deditaſq; vrbes atq; arces, profligatos eiectoſq; procul Cimbricis & Holſatis finibus hoſtes rebellium Ditmarſorum contuſam ac fractam armis contumaciam, octies patentibus in campis diuerſis prælijs ſuperatas hoſtiles acies, vel ab ipſius in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

dulgentia, vel à fœda fuga vitam coëgerit impetrare, illuſtri, & fidei erga patriam, eiusq; principes, & clementiæ erga victos gloria, quã ad fatalem maturæ ſenectutis horam, ſine fortunæ ludibrio perduxit, ſicq; domi ſuæ, ætatis veniam nactus, omnibus animi ſenſibus integris, in chariſsimæ coniugis, filiorum & nepotum complexu, æterno numini ſpiritum, à quo acceperat, firma in Chriſtum fide, & certa reſurrectionis ſpe confirmatus reddidit, Henricus & Paulus filij, parenti chariſs. mœrentes poſuêre. Obijt anno Domini M. D. LXV. die XII. Menſis Decemb. cum vixiſſet annos LXXIII. & Menſ. 1.

ALIVD

ALIVD IN TVMVLVM eiuſdem.

CONditur hoc tumulo rara pietate IOANNES
    Ranzouius, priſco ſtemmate natus eques.
Regibus impoſuit tribus hic diadema ſuperbis,
    Fertile Danorum qui coluêre ſolum.
E quibus, iniuſtè Chriſtiernum bella mouentem,
    Sedibus auertit, Marte potente, tribus.
Frena recuſantes multas compeſcuit vrbes,
    Submiſitq́ ducum colla ſuperba iugo.
Dania ſæpe eius norat fortiſſima nomen:
    Senſit & illius pulchra Lubeca manus.
Quæ tulit illius Schoningia ſigna triumphi,
    Oetinum, & pariter terra Fiona refert.
Eſt & adhuc memor hoſtilis Iudlandia cladis,
    Nauclerum domuit qua ſua dextra trucem.
Omine teſtis & eſt pugnans Ditmarſia nuper
    Infauſto, cuius mœnia victa iacent.
Sic fœlix fuit, & fortem ſe præſtitit, vt cum
    Confereret victor bis quater hoſte manus.
Quid referam mores mixtos grauitate decora?
    Quid, quòd erat iunctum cum bonitate, decus?
Integer ipſe fuit maculis non oblitus vllis,
    Atq́ tulit ſortem, qualiter illa fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Conſilijs populum dubitantem iuuit honeſtis,
Iuuit & afflictos pro bonitate viros.
Rebus in ambiguis vultus non ſumpſit acerbos,
Nec fati elatus proſperitate fuit.
Sed mens illius certo deducta tenore,
Quod fuit ante pedes, excutiebat opus.
Hinc ea clara viget geſtarum gloria rerum:
Omnibus ipſius eſt cognita fama locis.
Sed poſtquam ſenio confectus, & integer æui
Senſit ſe vitæ continuaſſe viam:
Speq; fideq; Deo certus conſtanter adhæſit,
Et ſic voce pia cùm moreretur ait:
Reddam animã Chriſto, mea pignora chara valete:
Et tu me gremio ſuſcipe Chriſte tuo.

ALIVD IN QVO IPSE de ſe loquitur.

DVm licuit voluitq; Deus, mihi vita placebat,
Nunc mors eſt animo non grauis ipſa meo.
Sed patriæ forſan nimis immatura videtur,
Semper viuenti quæ mihi chara fuit.
Pro qua non timui terraq; mariq; labores,
Et quoq; præſentem lætus adire necem.

Illa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Illa meam nunc forſan opem deſerta requiret,
Sæpius in magnis qua fuit vſa malis.
At mihi quo pacto nimium properata ſenectus
Abſciderit vitæ ſtamina pulla meæ?
Naturæ (quodcunq; datum) ſatis & mihi vixi:
Sic ætate grauis perfero fata lubens.
Nam quoties æuum iam tot producitur annos,
Quot mihi præſcripta viuere lege datum?
Et vitæ ſatis ad laudem quod ſufficit, egi:
Nec periјt virtus noſtra caduca nimis.
Gloria per totum mea iam percrebuit orbem,
Qua radijs cincti ſolis aditur equis.
Illa ſuperſtes erit donec benefacta probare,
Supplicijsq; malos ſubdere, moris erit:
Sic merui, virtute bonam dum perfero famam,
Et mihi pars vitæ nulla labore caret.
At dulces vtinam moueant mea facta nepotes,
Vt fieri ſimiles aut ſuperare iuuet.
Nondum etiam horrebant prima lanugine malæ,
Cùm functo fatis arma parente tuli.
Hinc lubuit procul amotas inuiſere terras,
Et magni varios orbis adire ſitus:
Viſa mihi tellus, quam flauus arare Britannus,
Lædere quam ferro fuſcus Iberus amat:
Quam molles habitant Itali, Creteſq;, Syrique:
Quam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Quam gentes Aſiæ Martis amore truces.
Ad Solymas ſacras fortunatumq; ſepulchrum
Sum meritis nactus nomen equeſtre meis.
Hoc etiam feci pulchris illuſtrius auſis,
Et decus extendi Marte togaq; meum.
Nam patriam claros repetens per Teutonas oram,
Geſſi victrici fortia bella manu.
Et via quas longinqua mihi patefecerat artes,
His patriæ cœpi commodus eſſe meæ.
Ipſa mihi teſtis meritorum Dania pugnax,
Quàm lata profert ius ditione ſuum.
Nouit & Oceanus mea Balthicus inclyta facta,
Creuerit vt fuſo ſæpe cruore rubens.
Virtutemq; meam merito complexa fauore,
Quæ mihi natalis Cimbrica terra fuit.
Hanc quoq; cum damno mirata bis Hafnia capta,
Principibus ſedes Hafnia grata ſuis.
Cognouitq; potens armis opibusq; Lubeca,
Eminet Arctoo quæ decus alta ſolo.
Nec ſerò hanc tam clade ſua Dithmarſia ſenſit,
Cum ſubijt iuſtum me duce victa iugum.
Et tamen eſt quod iuncta mihi quoq; debeat vltrà,
Vita quòd eſt multis voce redempta mea.
Sic operam tribus impendi pro regibus omnem,
Sub gelido regnum qui tenuêre polo.

Et cha-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Et charæ vigilans Patriæ ducibusq; dicaui,
  In me quicquid opis conſilijq; fuit.
Hinc opibus partis, patriæ natale ſubiui
  His quoq; collatis amplificare decus.
Impenſisq; duas conſtruxi grandibus arces,
  Quas ſcboles æqua nunc mea ſorte tenet:
His precor vtantur poſt ſecula multa nepotes,
  Et mea conentur fortia facta ſequi.
Hac fragilis vitæ curſum ratione peregi,
  Sic obij mortem ſuſtineoq; lubens.
Depoſitum tumba corpus mortale quieſcit,
  Spiritus in ſancta ſede perennis agit.

DE OBITV EIVSDEM EX CANCELLARIA REGIS Daniæ.

CVm placido vitæ mutaſſet tempora fato,
    Heu Ianus hic Ranzouius:
Luxerunt nati, coniunx, Holſatica tellus
  Vno ore plangentes patrem:
Mars tumulo impoſuit Laurum, Zonamq; tro-
  Et hoſtibus demptas opes: (phæumq;
Pax etiam aut concors huic, aut contraria Marti
  Laudauit ipſa animum viri.

 Fama

Fama hinc diſpergens latè ore, manuq; ſecuta eſt
Virtutis excellens decus.
Qualiter hunc igitur duxiſſe putabimus æuum
Per luſtra bis ſeptem & tria?
Tot namq; hic vixit, quem Mars, pax, fama, per-
Laudent, requirant, efferant: (emptum,
Et pia cum natis coniunx viduata marito,
Et patria lugeant patrem.

ALIVD, D. IOHANNIS Pennibuttelij.

CONſilio, validiſq; potens Ranzouius armis,
Ille pater patriæ moriens hac conditur vrna.
Scilicet hoc viuo nunquam ſe Cimbria vinci
Paſſa fuit, ſemper victrix ductore receſsit.

Verſus continens numerum anni:

TeMpore qVo Verè ſVbIIt ſVa fata Ioannes
RanzoVIVs, VerſVs Denotat eXIgVVs.

EPITAPHIVM ANNÆ VVALSTORPIÆ, MATRIS Henrici Ranzouij.

Anno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

ANno à nato Chriſto M. D. LXXXII. IIII. Calend. Ianuarij, obijt nobilis & pia matrona Anna VValſtorpia, Ioannis Ranzouij coniunx, poſt obitũ mariti XVI. anno, ætatis verò ſuæ anno LXXII. cum vidiſſet filios filiorum eorumq; liberos, nepotes ac pronepotes, numero VLVIII. quos omnes non minus quàm ſemetipſam moriens DEO commendauit. Hanc Ranzouius primogenitus eius filius in hoc templo ſepulturæ mandari, corpuſq; eius cum mariti ac liberorum oſsibus coniungi, nec non mœrens, hoc monumentum eius memoriæ poni curauit.

DEFVNCTA LOQVITVR

H. R.

Vltima VValſtorpûm proles hîc Anna quieſco
Iuncta viro, gnato, filiolæq; ſenex.
Iano Ranzouio nupſi dilecta marito,
Bis duo cui genui pignora chara tori.
Ex his progenitos cum neptibus adde nepotes,
Nempe quater denos & dedit octo Deus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

APOSTROPHE HENRICI Ranzouij ad matrem defunctam.

ERgo etiam repetis patriam chariſsima mater,
Et moriens triſti linquis in orbe tuos.
Quod tamen extremum licuit valedicere ſaltem,
Hìc potuit certè gratius eſſe nihil.
Nunc tua membra licet tumulo claudantur auito,
Mens tamen æthera ſede recepta viget.
Conditus hîc etiam pater eſt, fraterq́ ſororq́,
His etiam iungi poſt mea fata peto.
Molliter oſſa cubent fratris, patris atq́ ſororis,
Nec minus & matris molliter oſſa cubent.

ALIVD EPITAPH. *H. R.*

IAm pietate grauis, ſenio veneranda, ſupremum
Inconcuſſa fide finijt Anna diem.
Anna decus generis VValſtorpûm ſanguine clara,
Anna vxor Iano tradita Ranzouio.
Hìc vbi Stora ſuis vrbem complectitur vlnis,
Ipſa ſuis ſummum præſtitit officium.
Coniugis ac gnati hîc, gnatæ quoq́ condidit oſſa
Magdalis ad lahrymas officioſa pias.
Ad metam verò poſtquam peruenit eandem,
Henricus natu maior alumnus ait:

Quo

Quò dilecta mihi genetrix tua membra reponam?
Hic vbi filiolo eſt filiolæq́ quies.
Fallor? an haud locus eſt verè tibi gratior vllus?
Sed tibi non vllus gratior eſſe poteſt.
Dixit & ad cineres fratris, patris atq́ ſororis
Appoſuit Matris corpus & oſſa ſuæ.
Natorum natos & qui naſcuntur ab ipſis
Conſpexit, diues progenieq́ fuit.
Pro quibus ad dominum toto de pectore fudit
Sollicitas donec viueret Anna, preces.
Tandem etiam moriens hos commendauit eidem,
Et ſuperi gaudens ſcandit ad aſtra poli.

ALIVD AVTORE H. Cunradino P. L.

ANna ſub hoc tumulo placidè VValſtorpia dormit,
Vltima quæ fuerat, ſtemmatis Anna ſui.
Floruit Holſatias, quòd ſecula multa per oras,
Et dedit inſignes Marte togaq́ viros.
Hæc equiti aurato, thalami ſociata iugalis
Vixit Ioanni fœdere Ranzouio.
Hic decus vxoris fuit, illa corona mariti,
Vna duobus erat mens, amor atq́ fides.
Hinc ſtudium concors, vbertas florida rerum,

Ambos in caſto eſt concomitata toro.
Octo ſuæ nouies vitæ confecerat annos,
Quando piè in Chriſto morte ſoluta fuit.
Florentes vidit natos, charoſq; nepotes,
Et dulces neptes, ſpem columenq; domus.
Vidit & hinc, animo lætante, nepotibus ortos,
Qui numero fuerant octo, quaterq; decem.
Filius hîc mærens chari iuxta oſſa parentis
Henricus Matris condidit oſſa ſuæ.
Mox erit alma dies, tumulis rediuiua recluſis
Qua ſubeant cæli, corpora noſtra, domos.

DE OBITV NOBILISS. MATRONÆ ANNÆ RANZOuiæ, D. Ioannis Ranzouij coniugis Ecloga, cuius interlocutores. *H. R.*

Menalcas. Mopſus. Eulalius.

Men. *Mopſus adeſt, video, cultor fidiſsimus agri*
Qui mihi de puero, quantum nunc ipſe recordor,
Pectore non vnquam fucato ſemper adhæſit,
Illi conſtitui noſtros exponere caſus,
Et mea quicquid habet taciti mens ægra doloris.
Nam mihi ſæpe fuit curarum mite leuamen,

Mollia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Mollia ſæpe dedit noſtro ſolatia cordi. (ſtras,
Mopſ. Vox aures tetigit puto non incognita no-
Flebilior tamen, haud dubij præſagaq; luctus,
Et, niſi fallor, erit noſtri vox iſta Menalcæ:
Sed mihi quis lento legit huc veſtigia motu?
Ut video procul aſpectans, eſt ipſe Menalcas,
Sed triſtem video, ſunt ora ſimillia buxo,
Et gemit & mæſtus digitis ſua tempora ſcalpit.
Non temerè facit hoc, fortunæ ſigna nouercæ
Tales eſſe ſolent geſtus, & pectoris ægri,
Congrediar, quæramq;, noui quæ cauſa doloris:
Eia age pauliſper mærens ſubſiſte Menalca.
Men. Tam mihi iucundus tuus eſt aduentus amice,
Quàm ſopor eſſe ſolet feßis in gramine molli,
Quàm ſaliens ſolet eſſe viris ſitientibus unda,
Cum grauidos calamis exußit Sirius agros.
Poſſe meas ſpero curas ſermone leuari.
Ergo mihi coràm quia tecum copia fandi
Contigit, exponam, quæ ſors inimica dolorem,
Quo mea mens coquitur miſerè, confecerit iſtum.
Mopſ. Sic age, nam dabitur per me medicina do-
Non ingrata tuo, ſi ſit medicabile vulnus. (lori,
Men. Haud ignota fuit tibi noſtri Daphnidis uxor,
Qui Latimontis celebratam condidit arcem,
Hìc, vbi Stora fluit, placida quē morte peremptū

Ante

Ante tot, vt charum genitorem luximus annos.
Mopſ. *Tu Matronarum nobis decus atq; coronam,*
O penitus toto ſuſpirans corde Menalca,
Commemoras, quæ nempe viro digniſsima tanto
Nupta fuit pietate grauis, virtute decora.
Menal. *Scilicet, hinc luctu crucior magis optime*
Mopſe,
Cum qualis fuerit gemibunda mente recordor.
Nam ſpeculum purum ſpectandas tradere formas
Vt ſolet, & cultus, deceat qui quemq;, referre:
Sic quoq; virtutum noſtri pia Daphnidis vxor
Matronis exempla dabat, cunctiſq; coruſcum,
Lumen erat pietate, fide, probitate, pudore.
Et veluti varijs æſtiuo tempore campus
Floribus ornatur: Sic noſtri Daphnidis vxor
Exornata pijs virtutibus atq; polita
Egregium de ſe quàm latè ſparſit odorem.
Mopſ. *Hei mihi quod ſoleat mors inuida parcere*
Occubuit noſtri, quantum nunc audio, ſecli (nulli.
Lumen, & hei noſtrum Daphin pia nupta ſecuta
eſt.
Hinc tibi ſunt gemitus, lachrymæ, ſuſpiria luctus.
Menal. *Sunt equidem fateor, quis enim mala ta-*
lia paſſus,
Temperet à lachrymis, quis non ſuſpiria ducat?
Occidit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Occidit hei noſtri clarum decus occidit æui,
Indulgent lachrymis iam ſyluæ, flumina, fontes,
Paſcua, rura, lacus, pecudes, & quicquid vbiq; eſt.
Nos quoq; nunc miſeri, qui ferro vertere glebas
Hîc ſumus edocti, quia noſtri Daphnidis vxor
Concidit, hæc animo ſentimus vulnera, quæ non
Totius Anticyræ prouentus tollere poßit.
Quis lachrymas, O Stora, tuas numerare? quis au-
O vicina tuos gemitus nunc Vellula poßit? (tem
Nam vobis, noſtri periit quia Daphnidis vxor,
Concidit omne decus nullis reparabile donis,
O quoties votis nil proficientibus illam
Storaides nymphæ reuocarunt, talia fuſtrà
Clamantes: genetrix cur ſic nos alma relinquis?
Anna mane, vel nos tecum, quas ibis in oras,
Transfer, & hinc vultu te nunquã ſubtrahe noſtro:
Sed precibus cunctis ſtat inexorabile fatum.
Mopſ. *Ohe iam ſatis eſt, curis afflicte Menalca,*
Quæ damus hæc iterum ſolatia mente repone,
Nullus homo caſu moritur, neq; naſcitur vllus,
Rex verò ſuperas qui fulmine concutit arces,
Et bene fructificat ſata noſtra, boumq; labores,
Cum placet huic, vitam nobis largitur & aufert.
Ille dies, horas, menſes numerauit & annos
Conſtituit certos, cum nondum Matris ab aluo

Suſcepti ſumus, & vitalem traximus auram:
Ergo quod occubuit noſtri pia Daphnidis vxor,
Non temerè eſt factum, quia nec paſſerculus vnus
Decidit in terram, niſi ſit diuina voluntas.
Nec, quia per mortem mortales exuit artus,
Propterea nobis penitus periſſe putanda eſt:
Sed melioris habet gratiſsima munera vitæ.
Men. *Te dolor & luctus video nunc conficit ingens*
Talia dum profers, quæ iure profecta videntur
E Phœbi tripode, & quæ vix dum cognita nobis.
Quin igitur mihi Mopſe libens oracula pandis.
Mopſ. *Sic faciam certè, quia non odioſa requiris.*
Quid ſit homo noſti, conſtet quibus ipſe, Menalca,
Partibus, & quæuis pars qua ſit origine ducta.
Altera pars oculis noſtris patet, altera tecta eſt.
Hæc redit ad ſuperos, quia pendet origo ſupernè:
Illa datur terræ, quia nil niſi terrea maſſa eſt.
Si ſpectes corpus, noſtri pia Daphnidis vxor
Mortua dicenda eſt, quia viuere deſijt orbi:
Si ſpectes animam viuit, nec mortua dici
Hæc vlla ratione poteſt, viuetq́ perennis.
Mortua quæ gelidæ nunc pars eſt credita terræ
Tota reuiueſcet, ſed pura & criminis expers,
Cum tuba cœleſtis feriet clangoribus orbem.
Cernis vt excuſſo mortalia lumina ſomno,

Euigi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Euigilant, quando bigis aurora refulget.
Cernis & vt longis cerealia ſemina ſulcis
Obruta poſt mortem veteres meditantur ariſtas:
Haud minus è gremio noſtri pia Daphnidis vxor
Telluris, venient cum tempora iuſta, reſurget,
Et capiet veræ cœleſtia gaudia vitæ.
Menal. *Ergo dies mortis, natali dignior hora eſt?*
Ergo mori lucrum? reſponſum Mopſe requiro.
Mopſ. *Aſpice mortalis, quot ſint incōmoda vitæ,*
Quotq; malis hominum natura ſit obruta, partus
Obijcit his omnes, ſed mortis liberat hora.
Illos, qui Chriſto Domino conſtanter adhærent.
Sponte ruinoſas, quis non citò deſerit ædes,
Cum ſenio gemit, aut Vulcani ſternitur armis?
Quis non in portu ſecuram degere vitam
Exoptat, quando Neptunus & Æolus arma
Expediunt, & vi miſcentes omnia ſumma
Acriter in vaſto pelago confundere tentant?
Engemit & laxa mundus compage labaſcit
Inq; ſeneſcenti Satanas furit vndiq; mundo,
Omnia miſcens, omnia turbans, omnia perdens.
Menal. *Vera mihi narras luctuſq; remiſsior eſſe*
Incipit, atq; vtinam fieret mihi copia tecum,
De quibus incepta eſt oratio, plura loquendi.
Nunc domus eſt iterum nobis viſenda, quis autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Hûc curſu properat, properantē en optime Mopſe.
Mopſ. *Eulalius noſter, niſi me mea lumina fallunt,*
Approperat curſu, quid ſi nunc nomina rebus
Conueniant, lætuſq; ferat bona nuncia nobis.
Eulal. *Haud fruſtra, nuper quia noſtri Daphnidis*
Concidit, alterno luctum ſermone leuatis. (*vxor*
Si quid adhuc verò veſtris in cordibus hæret
Triſticiæ, iubeo vos me ſpectare loquentem,
Et præbere meis auidas ſermonibus aures,
Nam veſtros animos dulci nouitate tenebo.
Mopſ. *Eloquitor quodcunq; voles, tibi noſtra patebunt*
Corda, aureſq; ſimul, quia ſunt nouitatis amantes.
Eula. *In ſylua nuper ſolus ſpatiabar & æger*
Vicina, deflens hæc infortunia noſtra,
Quòd terras liquit noſtri pia Daphnidis vxor.
Et quanquam luctus ſomno contrarius ater
Eſſe ſolet, cogitq; inſomnes ducere noctes:
Clara luce tamen mea lumina ſomnus inibat,
Et folijs quercus, & gramine terra carebat,
Nec volucres ſuaui mulcebant aëra cantu,
Serpebat per membra ſopor, mox ecce tubarum
Clangor & Angelici feriebant æthera cantus.
Euigilo attonitus, cum vultus tollo iacentes,
Ecce ſtat ante meum noſtri pia Daphnidis vxor

Conſpe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Conſpectũ, velut Heſperijs cum Phœbus ab vndis
Exit, & immenſum perſtringit lumine mundum.
Quin etiam talem membris exſpirat odorem,
Qui paradyſiacas facile ſuperauerit herbas.
Nec mora ſiderea currus mittuntur ab Arce
Luce coruſcantes clara, quibus omnibus auro
Axis erat, nec non temo aureus, aurea ſummæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
Hos ego ſpiritibus caſtis contemplor onuſtos,
Quorum pars Cytharam tractant, pars tympana pulſant,
Pars lætum Pæana canunt, non omnibus vnus
Eſt labor, at varijs teſtantur gaudia ſignis.
Deſcendunt curru, tum vero conſpicor vnum
Vincentem claro ſtellas, & Iaſpida vultu,
Supremi natum quem dixeris eſſe tonantis,
Hic veluti ſummus reliquis rex talia mandat:
Tollite vobiſcum, coràm quam ſtare videtis,
(Daphnidis vxorem monſtrans) quia ſedula cultrix
Relligionis erat, vidi eius plurima facta,
Facta ſecuta fidem, cœtuq; recepta beatę eſt.
Dixerat, expediunt regis mandata miniſtri,
Impoſitamq; rotis, ſecum per inania cœli
Ad loca perducunt, vbi verè viuitur, atq;

 Nulla

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Nulla voluptatem luctu contaminat hora.
Mopſ. *Suſpenſis igitur lachrymis, poſitoq́ dolore*
Nos decet ad ſolitos intendere membra labores.
Menal. *Sic faciam, certè procul hinc dolor omnis*
abeſto.
Viuit enim noſtri, viuit pia Daphnidis vxor,
Sub pedibuſq́ tenet nubes, & ſidera cœli,
Conſpectuq́ Dei per ſecula cuncta fruetur.

EPITAPHIVM PAVLI RANZOVII, HENRICI fratris.

PAulus Ranzouius, Iohannis filius, in viridi ætate, apud Philippum Landgrauium Heſſiæ educatus, poſtea Alberti primi ducis Pruſſiæ cubicularius factus, deinde cum duce Adolpho, Ad Caroli V. aulam ſe contulit, ac deinceps Metenſi obſidioni ſignifer adfuit. Cum eodem Duce Adolpho primum ad bellum Ditmarſicum, deinde ad expugnationem Gothanam profectus, deniq; cum Dux Albanus, Adolphum regis Hiſpaniarum nomine, ad ſocietatem belli, cum bis mille equitibus euocaret, eius militiæ legatus factus eſt: qua finita expeditione,

ditione, domum rediens, diuturno morbo correptus, in complexu matris, vxoris, ac fratris firma in Deum fide, ac glorioſæ reſurrectionis ſpe, obijt, Cum vixiſſet annos 51. menſes 5. dies 6. ſepultus Itzohoæ, in monumento paterno. Obijt anno 79. 9. Calend. Aprilis.

EPITAPHIVM EIVSDEM
auctore Hen: Conradino.

Paulus in hoc tumulo, iuxta patris oſſa, quieſcit,
Ranzouius, priſcæ nobilitatis eques.
Qui clarum egregia referens virtute parentem,
Pacis erat præſtans, militiæq; decus.
Inclyta Landgrauij, mox excipit aula Philippi,
Veſtijt vt nondum prima iuuenta genus.
Principis hic tanti primo miratus ab æuo eſt,
Et didicit pariter fortia facta ſequi.
Et placuit quondam, quà Pruſsia reſpicit Arcton,
Alberto, iuuenis mens generoſa, Duci.
Hunc ſibi militiæ comitem Dux legit Adolphus,
Qui gerit Holſati ſceptra paterna ſoli.
Carolus ad Metis traxit cum mœnia Cæſar,
Excita Germanis agmina fida plagis.
Poſt quoq; Dithmarſas patrem comitatus in oras

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Aſpera cum forti prælia gente mouet.
Martia tunc virtus, animiq; induſtria regi
Cognita Friderico, pricipibuſq; fuit.
Hunc Gotha Tyrigetum flauis conſpexit in armis,
Cum ducis Auguſti ſigna ſecutus erat.
Ruraq; fulgenteis duxit per Belgica turmas,
Hiſpano ad belli rege vocante vices.
Præfuit hic magnis, tranquillæ tempore pacis,
Arcibus, & peperit Marte togaq; decus.
Pinguis arenoſum quà ſuſcipit Eidora Threnam
Arxq; vetus Sueui nomine clara iacet:
Et quà Chilonium pulchras ad nubila turres,
Balthica proſpectans æquora, tollit humo:
Et quà Tritouium ſyluas iacet inter opacas,
Billena & vitreis errat amœnus aquis:
Principis auſpicijs populos hic rexit Adolphi,
Nobile præfecti geßit & acer onus.
Omnia iuſticiæ penſabat lancibus æquis,
Conſilijſq; pijs optimus autor erat.
Mens heroa fuit Friderico grata ſecundo,
Et Rex Ranzouicam prædicat ore fidem.
Luſtra ſui Paulus bis quinq; peregerat æui,
Vt pius extremum clauſit in orbe diem.
Vnica languenti morbo fuit Anchora Chriſtus:
Vecta polo firma eſt mens ſuper aſtra fide.

Magnum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Magnũ ſtemma decus, maius parit inclyta virtus:
Summum ſed pietas, quæ bene iuncta fide eſt.

ALIVD EIVSDEM.

QVi ſe, genuſq́ ſplendidum, virtutibus
Ornauit: auxit familiam
Prole numeroſa, & optima: peperit benè
Faciendo amicos: Patriam
Meritis ſuis cumulauit: aulam plurimis
Deuinxit officijs ſibi:
Famaq́ latè impleuit Arctoas plagas:
Induſtria reges ſibi,
Fideq́ conciliauit inclytos duces:
Hac Paulus eſt Ranzouius
Compoſtus vrna: ſic beatus qui fuit,
Iunctus beatæ coniugi,
Fide, pudicæ, nobili, Seſtediæ:
At nunc polo beatior,
Inter beatos cælites viuit, Deo
Receptus hic in gratiam,
Ob filij meritum vnici, cui pectoris
Adhæſit ardenti fide.
Sic nunc beatus Paulus *eſt* Ranzouius,
Eſt ſumma quæ beatitas.

HENRICVS RANZOVIVS AD PAVLVM RANZOVIVM fratrem.

Paule meæ vitæ pars altera, & vnice frater,
Aſtra petis cœli, meq́ relinquis humo.
Sic Domino viſum, cuius data munere vita eſt:
Cum placet, hanc donat: cùm placet, ille rapit.
Nec mihi tam magnum, quamuis ſit acerba, dolorē
Mors parit: ereptus ſis licet ante diem:
Quàm Lætor mundi te caſibus eſſe futuris
Præreptum, & cœlo, lætitiaq́ frui.

Aliud conſtans verſibus Hexametris, mixtis dimetris, in quibus Henricus Ranzouius gratulatur ſibi, quòd fratri exhalanti animam affuerit.

Sic tamen extinctus gelidi ſub mole ſepulchri
Amande frater nunc iaces?
Sed licuit vitæ certum melioris ad aſtra
Votis euntem proſequi:
Et tua cum lacrhymis morientia lumina vidi,
Piáque compreſſi manu.
Ac mihi poſſe datum miſero, tandem auribus iſtis
Audire & vltimas preces:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Vltima & in Chriſto ſuſpiria, Paule, trahentem,
Cui mens adhæſit in fide.
Sæpius ah noſtram moriens tua dextra premebat,
Dum verba vix emitteres.
Grata igitur ſunt hæc nobis dulciſsime frater,
Vale vltimum quòd dixeris:
Terrenis curis miſsis cœleſtia quærens,
Chriſtoq́ te mandaueris.
Nec me morte tua mœſtum, triſtemq́ relinquis,
Mi Paule, ſed lætor magis:
Dum ſubit illa dies, mihi qua tua pignora mandes,
Æterna adiſti gaudia:
Nulla mea eripient, frater, te funera mente,
Viueſq́ noſtro in pectore:
Donec conueniam vita meliore fruentem,
Tecumq́ viuam iugiter:
Hic vbi ſancta Dei maieſtas regnat, & alma
Quies, amorq́ & gaudium.

ALIVD.

QVòd poſuit fratri monumentũ frater adẽpto,
Id luctus ſignum, & pignus amoris erit.
Quòd fratri ereptus fueras, fortaſſe ferendum eſt:
Quòd Patriæ eriperis, Paule diſerte, graue eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Sed quod mens coluit virtutem, gloria certè eſt:
Quòd Chriſto nixa eſt, eſt tibi facta ſalus.

ALIVD EIVSDEM.

RAnzouidum de ſtirpe genus qui duxit auita
Paulus, in hac tumba poſt ſua fata cubat.
Hic patris expreſsit virtutem, & facta Ioannis,
Qui ductum ex auro nomen equeſtre tulit.
Nam Syriæ tractus luſtrauit, & Helladis oram,
Quóque ſacros duxit Chriſtus in orbe gradus.
Conſilijq́ fuit tribus idem regibus auctor,
Cimbria qui forti ſceptra tulêre manu.
Præfuit ordinibus vario ſub tempore belli,
Mentis & excelſæ publica ſigna dedit.
Paulus & hic ſummos in regno geſsit honores,
Dux huius monitis vſus Adolphus erat.
Curaq́ ſubmiſſæ fuit ipſa tradita gentis,
Huic vt ius æqua pro ratione daret.
Officij & fidei vir nulli laude ſecundus,
Siue velis belli munere, ſiue toga:
Cùm rex expedijt fortes ad bella maniplos,
Cogere Dithmarſos ſub ſua iura parans:
Res ex conſilijs huius bene geſta pependit,
Et dextra reliquis promptior vnus erat.

Nuper

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Nuper vt in Belgas rex ſigna mouebat Iberus,
Hic regis partes Marte ſecutus erat.
Octo dati à fatis æui vix luſtra peregit,
Depoſitum vt fatis reddere iuſſus erat.
Marte inuictus erat, ſed eum mors inuida vicit:
Nec vicit, potius ſoluit inerte ſitu.
Cum ſit vita breuis, dubiæq́ obnoxia ſorti,
Virtute & fama eſt longa petenda dies.
Facta ſed eſt anima iactura hei grandis in vna:
Patria nam columen perdidit, aula decus.
Nos gerimus morem pietati, & marmore & ære
Afficimus charum poſt ſua fata patrem.
Ipſe, fide melius viuit, quàm marmore & ære:
Namq́ per hanc verè vita beata datur.

EPITAPHIVM GERHARDI RANZOVII, PAVLI FILII.

GErhardo Ranzouio, Pauli filio, Ioannis nepoti, qui cum in hoc oppido Odenſee, à Rege Daniæ Friderico II. ducatus Sleſuuicenſis, principibus Holſatiæ, Ioanni & Adolpho in feudum concederetur, ſingulari certamine commiſſo, cum alio nobili Holſato, quem rurſus grauiter vulnerauit, enſe traiectus, ac ſic præ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

ſente rege ac ducibus, necnon proceribus Daniæ ac Holſatiæ ſepulturæ honorificè mandatus ab Henrico Ranzouio patruo: Beata mater, quæ maritum, filiam, & iam hunc filium natu maiorem ferè ſpatio vnius anni amiſit, mœrens non ſine luctu, dolore, ac lachrymis hoc monumentum poſuit. Diſceſsit anno Domini 1580. die 19, Maij, Anno ætatis 26.

ALIVD.

Hic ſitus eſt tumulo Gerhardus nomine Ranzou,
Maganimo Paulo qui Patre natus erat.
Cimbria quem genuit, rapuit Fionia, quinq;
Dum numerat vitæ luſtra peracta ſuæ.
Italiæ fuit hic iuuenis verſatus in oris,
Nec minus huic etiam Gallia nota fuit.
Æquaturus erat ſimili virtute parentem,
Ni fera rupiſſet ſtamina Parca manu.
Huius ob interitum planxit rex Danicus, atq;
Non minus Holſati condoluêre duces.
Quòd ſic ante diem miſerando flebilis ictu,
Dum nimis audacter dimicat enſe, cadit.

HEN-

HENRICI RANZOVII ELEGIA IN OBITVM GERHARDI RANzouij Pauli, filio.

EST iterum nobis, dulciſsime Paule, dolendum,
Quòd tam ſit natis ſors inimica tuis.
Ad tumulum lachrymas frater tibi fudimus olim,
Dum te cum gnata mors tulit atra tua.
Vix hoc præterijt, premitur vix pectore luctus,
Accidit heu peius deteriusq; malum:
Scilicet egregius iuuenis florentibus annis,
Occidit infælix filius enſe tuus,
Filius ille tibi dilectior omnibus vnus,
Qui reliquis natu iam tibi maior erat.
Ergo etiam licuit tibi mors truculenta Gerhardum
Tollere, qui longùm viuere dignus erat.
Heu nihil eſt firmum terris, rapit omnia Lethum,
Quicquid & eſt vnquam, ſub ſua iura vocat.
Non flos hîc iuuenum, non integra viribus ætas,
Fatorum dura libera lege manet:
Sic etiam extincti funus ſpectare Gerhardi
Cogimur, & gelido tradere membra ſolo.
Qui poterat Patriæ claris virtutibus oræ,
Ac animi donis vtilis eſſe ſuis.
Dignus erat ſeros certè ſupereſſe per annos,

Viuere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Viuere vel Pylios, Neſtorioſq; dies.
A teneris fuerat pulchras adſuetus ad artes:
Virtutum coluit, Pieridumq; chorum.
Italiam vidit, vidit quoq; Gallica regna,
Nota Palatini non minus aula fuit.
Doctrinæ ſtudijs variæ florebat & æuo,
At nunc in cineres verſe Gerharde iaces.
Corpore pro pulchro, dulci pro flumine linguæ
Triſtes heu mutum conſpicimus tumulum.
Grata tuæ capimus tamen hæc ſolatia famæ,
Quod virtus multis eſt tua nota plagis.
In iuuene ipſe etiam, quem rex Fridericus amabat:
Ornat & exequias poſt tua fata, tuas.
Holſatiq; duces aderant, Holſataq; buſto
Nobilitas, proceres Daniaciq; ſoli.
At ſurges iterum, vt violæ ſub tempore veris,
Aſpera quas rigido frigore læſit hyems.
Et te dura licet ſubitò mors falce peremit
Iam manet æternum vita beata polo.
Hìc erit alma quies, hìc pax & perpetuum ver
Hìc læti cantus, angeliciq; chori.
Hìc te complectar, teq; hìc cum fratre videbo,
Fons vbi inexhauſto dulcis amore fluit.
Molliter oſſa cubent tumulo, dum terrea moles
Huc redeunte animo, ſit rediuiua, ſuo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

EPITAPHIVM CAII Ranzouij, Pauli filij.

CAius Ranzouius mortuo patre Paulo, à patruo Henrico Ranzouio, Electori Saxoniæ Auguſto in familiam traditus, febri correptus, ac extinctus eſt, & electoris iuſſu Dreſdæ ſepultus, Anno Domini 1580. 9. Septembris, annum agens ætatis 14.

ALIVD. H. CVNRAD.

TV Pauli quoq; patris eras chariſſima proles,
Ranzouij antiquo ſtemmate nate puer:
Quem genitor magno dilexit amore: nequiuit
Natus ferre diu funera mœſta patris.
Saxonica Auguſti viuit dum principis aula,
Charus erat domino moribus atq; fide.
Illic viua datum eſt virtutum exempla tueri,
Et quæ vix poterat facta probanda ſequi.
Ut cadit aprico moriens Hiacynthus in agro,
Ante diem Caius ſic quoq; morte cadit.
Quem ſibi iam virtus ſuſceperat ipſa fouendum,
Qui fulſit generis floſq; decuſq; ſui.
Principis hic magni tulit atro in funere luctum,
Qui iuſſit tumulo molliter oſſa tegi:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Inclyta quà celſis decoratam turribus arcem,
Albidos à flauis Dreſda ſalutat aquis.
Hunc dolet ereptum properanti funere Pallas,
Cuius in hoc puero ſpes erat ampla Deæ.
Barbara non illi ſub corde ferocia creuit:
Artibus ingenium mite, piumq́ue fuit.
Colluuie procul, hîc procul & contage malorum
Innocuus, terris dum fuit, ille fuit.
Spiritus ætherea gaudet nunc liber in aula,
Tam citò quòd plenam labe reliquit humum.

QVERELA HENRICI RANzouij, de obitu Caij Ranzouij fratris filij.

Quid querar, aut plangã? nunquã mihi cauſſa querelæ,
Dum miſer hîc triſti verſor in orbe deeſt.
Vix meus eſt frater cum gnata conditus vrna,
Cum natu maior filius enſe perit.
Ecce iterum gnatum mors ſuſtulit atra ſecundum,
Fraternæ ſoboli mors inimica nimis.
Enſifer hunc princeps celebri ſuſceperat aula,
Diſceret vt iuuenis fortia facta ſequi.
Dijs aliter viſum: viridi ſub flore iuuentæ
Interit, ac Dreſdæ contumulatur humo.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

EPITAPHIVM MAGDALENÆ RANZOVIÆ, SORORIS Henrici.

SVb hoc lapide Magdalena Ioannis Ranzouij equitis aurati filia à patre fratribuſq; primò honorificè condita eſt, deinde in paternum monumentum per Henricum fratrem tranſlata, quæ nupſerat viro nobili Oſvvaldo à VViſch, Et cum vixiſſet annos 29. & menſes circiter 5. diem ſuum in puerperiò clauſit, antè tamen puerulum enixa, cum quo tumulata eſt. Anno Domini 1557. die 5. Auguſti.

ALIVD.

QVis iacet hic? dicam, Rantzoa ſtirpe creata
Magdalis hic poſuit corporis exuuias.
Quo patre, dic porrò, ſit Magdalis illa? Ioanne,
Qui fuit auratus laude vehendus eques.
At, mihi dic, vitam, dum vixit, qualiter egit?
Eſſet vt excelſo vita probata Deo.
Nec potuit mortis poſitos euadere caſſes?
Non, quia ceu fœnum concidit omnis homo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Vera mihi narras, ergo mihi dicere perge.
Rapta puellari num fuit illa choro?
Nupta fuit, fœcunda fuit, ſummoq́ dolore
In ſua conceßit fata puerperij.
Sed, vitalis vbi, dic, manſit ſpiritus eius?
Sedibus æthereis redditus ille fuit.

ALIVD.

Caſta ſub hoc gelido ſita Magdalena ſepulchro eſt,
Quæ de Ranzoio ſtemmate nata fuit.
Fœmina præclaris fuit hæc virtutibus aucta,
Seruauitq́ thori fœdera caſta viro.
Coniugis exemplum fuit hæc memorabile caſtæ,
Edidit & quatuor pignora chara thori.
Parturiens quintò, nimio deuicta dolore
In partu triſti morte ſoluta fuit.
Corporis vt vinclis mens eſt exuta, recepta eſt
Æthere, ſub tumulo hoc mēbra ſepulta iacent.

EPITAPHIVM THEODORICI RANZOVII, Henrici filij.

HEnricus Ranzouius nobilis Hoſatus, D. Ioannis Ranzouij F. regis Daniæ Friderici 2.

vices

vices in Ducatibus Sleſ. Holſat. & Dith. gerens, Theodorico Ranzouio, ſummæ ſpei optimæq́ & generoſæ indolis vixdum pubeſcenti filio ſuo dulciſsimo præpropera immaturaq́ morte ſibi erepto, necnon Nicolao Ranzouio eiusq́ vxori Luciæ, à quibus hic Theodoricus educatus eſt, in memoriam & certam futuræ reſurrectionis ſpem poſuit.

Theodoricus	natus eſt Segebergæ	anno	1561	die	24. Maij.
	Obijt, & ſepultus Lubecæ		1572.		27. Iunij.

Anno ætatis ſuæ 11.

PATER AD TVMVLVM FILII.

Hæc tibi, nate, mei capias monumenta doloris,
Et ſimul has lachrymas vltima dona patris.
Qui clarum referens ſpecimen virtutis auitæ,
Ranzouidum poteras condecorare genus.
Qui charæ matris requies, patriæq́ ſenectæ,
Solamen quondam dulce futurus eras.
Sed Theodore iaces & quæ mihi ſoluere fili
Debueras meritò, nunc tibi iuſta petis.

Et deſiderium patri mihi triſte relinquis,
Quem ſacra debueras ad monumenta ſequi.
Biſſena heu primus genialis pignora lecti
Imminuis, viuant turba relicta precor.
Vna tamen ſpes eſt quòd Chriſti morte reſurges,
Non expectata qui modò morte cadis.
Ergo vale fili, nos lux æterna piorum
Suſcipiat, iungat, perpetuoq́ regat.

FILIVS AD PATREM.

DEſine chare pater mea funera plangere fletu:
Et lachrymas tandē comprime chare pater.
Nos modò præpropera diſiunctos morte, viciſsim
Iunget in æthereo vita beata polo.

ALIVD. H. CVNRAD.

QVi patris in claras potuiſti creſcere laudes,
Et meritum fratres inter habere decus:
Te Deus è mundi rapuit Theodore tumultu,
Dum tener & vita ſimplice purus eras.
Ne mala, ne fraudes, faſtum, luxumq́ videres,
Sæpè quibus magni deperiere viri.
Non tu triſtitiam, non vllas pectore curas
Senſiſti, cœli dum petis aſtra puer.

Alta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Alta ſed æternam tibi ſufficit aula quietem:
Tu neque, ſi poſſes, huc remeare velis.

Diſtichon continens anni obitum.

HIC De Ranzoa TheoDorVs ſtIrpe, LVbeCæ
ContegIt oſſa LapIs, ſpIrItVs aſtra CoLIt.

QVERELA HENRICI RANZOuij de morte ſuorum, addita conſolatione in fine.

TRiſtis eram, memini, ſummo victuſq́ dolore
Cogebar lachrymas combibere ipſe meas:
Cum pater expirans animā tibi Chriſte redemptor
Mundatam à vitijs traderet uſq; fide.
Triſtis eram, memini, cum fratri triſtia Paulo
Longa quieſcendi tempora fata darent.
Non orbata ipſi componere lumina ſenſu,
Tum poteram ſiccis victus amore genis.
Triſtis eram, memini, cùm mors ingrata ſororem
Cogeret extrema dicere voce vale.
Hos præter Theodorus erat mihi filius, & hei
Immaturè illum ſuſtulit atra dies.
Tum quoq; triſtis erā, quòd me improuiſa volebant,
Depoſitum munus reddere fata Deo.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Sic mihi ſemper erat generis iactura dolori,
Inflixitq́ animo vulnera ſæua meo.
Nec tamen inficior, quód & immatura meorum
Lætitiæ cauſſam fata dedêre mihi.
Scilicet eſt aliquid, quòd vidi claudere vitam
In vera hos omnes agnitione Dei.
Atq́ pias audire preces mihi contigit horum,
Se quibus æterno rite dedere Deo.
Ipſe meis etiam votis ſic triſtior aſtans
Æternum potui ſollicitare Deum.
Vt præſens mortis poſitos in agone iuuaret,
Et daret infracta vincere poſſe fide.

EPITAPHIVM IOANNIS RANZOVII, HENRICI FILII, Hedelbergæ ſepulti.

SIſte gradum, quiſquis tranſis hac forte viator,
Vt diſcas mortis triſtia fata meæ.

Ego Iohannes Ranzouius infelix puer Henrici Ranzouij Regis Daniæ, tam in ducatu Holſatiæ & Sleſuuicenſi, quam Dithmarienſis gubernatoris filius in hanc vrbem literarum gratia cum ducibus Holſatiæ D. Friderico & Phi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

lippo miſſus peſte correptus, & paulò poſt in vera inuocatione Dei mortuus, ac ſine ceremonijs veſpere eodem die hic ſepulturæ mandatus, & ſic humana ope deſtitutus, à Deo autem ex hac mortali vita ad perpetuam immortalitatem euocatus, in patriam cœleſtē translatus, & à parente triſtiſsimo hoc monumento donatus, reſurrectionem mortuorum & reparationē omnium rerum expecto.

Durum eſt extra patriam mori.

ALIVD.

HOC puer infelix tumulo poſt fata quieſco,
Qui de Ranzoo ſtemmate duco genus.
Eſt pater Holſatis ſummis præfectus in oris,
Danorumq́ ſolet regis obire vices.
Qui cum me iuuenem teneris deuouerat annis,
Artibus ingenuis Pieridumq́ ſacris.
Heidelberga tuam proficiſci iuſsit in vrbem,
Dum perago vitæ vix tria luſtra meæ.
Hic ego Theſpiadum ſectabar caſtra ſororum,
Harum ſolerti pectore ſacra colens.
Gloria, ni vitam mihi fata maligna negaſſent,
Ranzouiæ gentis prima futurus eram.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Noluit at iuſtam Lacheſis me tangere metam,
Dum ſecat atroci ſtamina noſtra manu.
Per mea nam ſerpens atrox præcordia peſtis
Inficit, infectum me quoq; morte necat.
Non mihi mors grauis eſt, cui vita obnoxia noſtra
Eſt graue in externo peſte perire ſolo. (eſt,
Tum mihi defuncto funebria iuſta negantur,
Obrutus vt terra, nocte ſilente, fui.
Sed licet extinctum tellus tegat extera corpus,
Mens tamen æterna ſede recepta viget.
Hæc ſtatui fecit monumenta nouiſsima nato,
Qui lachrymis plangit funera noſtra parens.
Interea expecto hic, quò corpora cuncta reſurgant,
Quæ nunc ſunt triſti morte ſoluta, diem.

ALIVD.

Defunctus loquitur.

Hic ego Ranzoa prognatus ſtirpe IOANNES
Mortuus humana conditione cubo.
Cymbria me genuit, ſed non poſt fata recepit,
Sicq; peregrina ſum tumulatus humo.
Hanc me pertraxit ſtudiorum feruor ad vrbem,
Principibusq; Comes, nobilibusq; fui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

His licuit cunctis ad patria rura reuerti,
Unum me reducem noluit eſſe Deus.
Sed benè: mens etenim cœleſti ſede recepta,
Viſitat æternæ docta Lycæa ſcholæ.
Corpus humus tegit exanimum, dum ſuſcitet illud
Extremi Chriſtus tempore iudicij.

ALIVD HENN. CVNRADINI.

DVlce fuit cui nomen aui, poſt fata ſolutus
Dormit IOANNES corpore Ranzouius.
Non hic exuuias veteres contingit auorum,
Sed procul à patrio condidit oſſa ſolo,
Quà Phœbum & Martē colit, & nemeroſus in ima
Valle, Palatina Neccarus ambit aqua.
Hoc magni generis virtus effulgit in ore,
Et puer Holſatos traxit amore Duces:
Quos tunc Germanas fuerat comitatus in oras,
Sæuior hunc quando peſtis in vrbe tulit.
Illuſtres genuêre duces, genuêre propinqui,
Et pater Henricus, mater & ipſa dolent.
At felix anima, æthera quæ ſede recepta eſt,
Lucida ſublimi conſpicit aſtra polo.
Æternis operate choris, nouus hoſpes in aula,
Principis ad Chriſti nunc agis ora DEI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

ALIVD.

VErè nobilis hic cubat IOANNES,
Ranzoa genitus domo, paterna
Qui veſtigia, ſemper ac auita
Virtutum ſtudio pio eſt ſecutus.

ALIVD QVOD CONTINET numerum anni, quo mortuus eſt.

HIC sIta RanzoVI sVnt oſſa teneLLa IoannIs,
Mens eſt cœLeſtIs pars qVotaCVnqVe ChorI.

Ioannis Ranzouius	natus eſt Segebergæ	anno	1566.	die	14. Feb.
	Obijt Heidelbergæ		1582.		17. Octo.

INSCRIPTIO MONVMENTI. Quod in memoriam eius pater Itzohoæ poſuit.

HEnricus Ranzouius Friderici 2. Regis Daniæ conſiliarius, tàm vtriuſq; ducatus Scleſuuicenſis & Holſatiæ, quàm Dithmarſorum gubernator, &c. Iohanni Ranzouio filio ſuo infelici natu minimo, qui candore animi, religione in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

ne in Deum, pietate erga parentes, charitate in fratres ſororesq́; inſigni fuit, Heidelbergæ dum literis operam nauaret, ac principibus Holſatiæ D. Friderico & Philippo adeſſet, in ipſo ætatis flore, peſte extincto in memoriam eius, ac futuræ immortalitatis ſpem hoc monumẽtum apud Conditorium Maiorum, à ſe ſibi ac poſteris etiam deſtinatum mærens dolensq́; poni curauit.

ALIVD.

CVm mihi caneſcens tumbã tumulumq́; paraſ-
Quo tu nate meos contegeres cineres. (ſem,
Sunt vbi compoſiti poſt actæ tempora vitæ,
Cum patre germanus, cum genetrice ſoror.
Tu quoq́; dicebam, ſimul hîc ô nate quieſces,
Cum tibi ſupremum finiet hora diem.
Obſtitit hei fati vis, ac immobilis ordo,
Te procul à patria ſurripuitq́; tua.
Sic prius exequias tibi ſum præſtare coactus,
Qui me debueras ad mea buſta ſequi.
Hæc tibi ſint igitur luctus monumenta paterni,
Hæc patrimonij ſint tibi nate loco.
Et quoniam tranſacta meæ pars optima vitæ,
Spero mihi ſummum non procul eſſe diem.

Spiritibus noſtris quo coniungemur, & vnà
Viuemus faciem iugiter ante DEI.

ELEGIA DE OBITV IOHANNIS RANZOVII QVI PESTE EXTINctus eſt Heidelbergæ anno 1582.

Henricus Ranzouius Pater loquitur.

QVàm varijs hominum ſit caſibus obruta vita,
Nullius poterit dicere lingua viri.
Quamq́ ſit inconſtans, vaga, lubrica, falſa, caduca,
E multis pauci, qui meditantur, erunt.
Nam mala graſſantur quæcunq́ ſub ætheris axe,
Expectare quidem cogitur omnis homo.
Sæpius ex vno tela infinita malorum
Surgit, & heu luctus integra meſſis adeſt.
Haud ſecus ac hydræ tumida ceruice reciſum
Hæredem geminum fertur habere caput.
O vitam fragilem nec dignam nomine vitæ,
Quæ trahitur curſu per mala cuncta ſuo.
Quæ nihil eſt aliud niſi ſpes incerta metusq́
Fellis habens multum, mellis at vſq́ parum.
Melle caret, ſed felle ſcatet, fugit ocyus vnda
Vita hominum, nullo certa tenaxq́ loco.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Auolat apta velut neruo ſtridente ſagitta,
  Et velut imbrifero carbaſa tenſa Noto.
Aufugit haud aliter, quã ſuauis ſomnus & vmbra,
  Quàm volucris nubes, fulgur, imago, ſonus.
Interit, vt tenues vapor euaneſcit in auras,
  Hæc mihi ſunt luctu cognita vera graui.
Namq; biennali ſpatio (vix dicere poſſum)
  In me fortunæ vis violenta fuit.
Scilicet vt fratri facerem ſua iuſta popoſcit,
  Cuius erat Marti ſæpe probata fides.
Abſtulit & matrem chari mihi nominis Annam,
  Cuius erat verbo conſona vita DEI.
Prætereo reliquos, quorum virtutis amore
  Vita mihi dulcis, mors ſed amara fuit.
In luctum toties ego ſum coniectus acerbum,
  Sumq; animo paſſus vulnera ſæua meo.
Vix bene deſierat dolor hic funeſtus, & ehei
  Materies luctus ilicet ampla redit.
Dic mihi quid prodeſt tot iam ſuperaſſe dolores,
  Quando quies animo non datur vlla meo?
I nunc, atq; alijs lugendi dicito leges,
  Dat quibus alternas ſors inimica vices.
Me nimis excruciat, finis mihi namq; prioris,
  Alterius certè eſt fons & origo mali.
Occidit hei iterum proles mihi maſcula, de quo

Indi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Indicijs certis ſpes mihi ſumma fuit.
Occidit exemplar iuuenis venerabile morum,
Cui ſemper vitæ ſemita talis erat.
Corde timere Deum, reuereri deinde parentes,
Gnauiter & ſtudijs inuigilare bonis.
Sectari virtutis opus, vitare nefanda,
Atq; ſodalitio ſemper adeſſe pio.
Dedere ſe cunctis, non aduerſarier vlli,
Viuere, quò poßit ritè placere bonis.
O quoties dixi viuat meus iſte Iohannes,
Non poſtrema ſuæ gloria ſtirpis erit.
Tam nobis de ſe ſpecimen præbebat honeſtum,
Adq; bonas artes ingenioſus erat.
Ergo cum luſtris vnum tribus adderet annum,
Viſebat celebris clara lycæa ſcholæ.
Vrbs vbi ter trinas fouet Heidelberga ſorores,
Nominis in laudem Chriſte benigne tui.
Cur vero ſeſe dictam conferret ad vrbem,
Conditio nobis cauſaq; talis erat.
Scilicet Holſatiæ quòd dux illuſtris Adolphus,
Filiolos illuc mitteret ipſe duos.
Cum quibus hic fuerat teneris inſtructus ab annis,
Artibus ingenuis, moribus atq; bonis.
Horum gaudebat ſub eodem ſigna magiſtro,
Muſarum in caſtris puluerulenta ſequi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Non me difficilem voto perſenſit in iſto,
Per me nate licet, quolibet ire tibi.
Per me Friderico, per me comes eſto Philippo
Principibus dixi, cætera nate vale.
Ehei quòd voto ſum defraudatus in iſto,
Propitiumq; Deum non habuere preces.
Qui modò Muſarum roſeis currebat in hortis
Iam iacet, & nudum nil niſi nomen habet.
Non aliter rigido quàm flos ſucciſus aratro,
Et veluti curua falce reſecta ſeges.
Aſt ego ſperabam reducem, columenq; ſenectæ
Hunc fore ſperabam tempus in omne meæ.
Et quia ſolus erat, magis eſt iactura dolori,
Conſpicuum factis qui referebat auum.
O quoties nato pater eſt mihi viſus in iſto,
Ambobus vultus ſcilicet vnus erat.
Eius & audito mihi nomine patris imago
O quoties oculos ſubſtitit ante meos.
Sæpe ego ſum mecum tacito ſermone locutus:
Hic aliquando mihi natus auitus erit.
Æmula nam mens eſt ipſi virtutis auitæ,
Spondet & haud dubijs optima quæq; notis.
Hunc tamen in teneris primæ lanuginis annis,
Peſtifera rapuit mors inopina lue.
O nimium regnans & iniqua potentia mortis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Quæ nihil intactum pròh dolor eſſe ſinit.
Nec quid ſit pietas, quid virtus deniq; curat,
Nec quid ſit ſenium, quidue iuuenta videt.
Si mihi, mi fili, tua cognita fata fuiſſent,
Non eſſes noſtra iuſſus abire domo.
Non te defunctum nunc Heidelberga teneret,
Nam minus exequijs hæc fuit æqua tuis.
Scilicet eſt aliquid, diſrupto ſtamine vitæ,
Patris in amplexu fata ſubire ſui.
Relliquijsq; tuum ſociari corpus auitis:
Nam patrium dulce eſt, hac quoq; parte ſolum.
Aſt tua ſors aliter tulit, ô chariſsime fili,
Quæ te conſpectu traxit iniqua meo.
Nec mihi conceſsit charos morientis ocellos
Claudere, nec cineri ſoluere iuſta tuo.
Nunc ſcio quid fuerit, quòd tempore noctis opaco
Perpeſſus toties ſomnia acerba fui.
Iam mihi viſa mea delabi bullula veſte,
Nec non à digitis annulus ipſe meis.
Iam patris ad tumulum triſtem me ſtare putaui,
Defuncto dignas ſoluere & exequias.
Tum verò tremefacta graui mea membra pauore,
Et primum ſubito lingua retenta metu.
Aſt vbi mens redijt, tacita ſum voce precatus:

Opti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Optime filiolos protege Chriſte meos.
Vni namq; grauem portendunt ſomnia caſum,
Vnius in dubio vita futura breui eſt.
At tibi præ reliquis metuo dilecte Iohannes,
Ne fato primus præueniente cadas.
Ne tibi ſit verum vano de funere funus,
Ac ipſo in vitæ flore ſequaris auum.
Proh dolor, hæc nimium præſagia vera fuerunt,
Quando pubeſcentem ſuſtulit atra lues.
Hoc quoq; diſcutiens cœli mea fata per aſtra,
Ipſe mihi dudum vaticinatus eram.
Nam licet hæc propriæ ſpondebant optima vitæ,
Quæ mihi conceſſit dextra benigna DEI.
Attamen illius mihi erant præſaga doloris,
Gignere quem nati mors inopina ſolet.
Nam pater armorum Mars, & ſua viſcera natos
Deglutiens quinta ſede Saturnus, erant.
Annua cum fieret reuolutio temporis, idem
Cum Marte in quinta ſede locatus erat.
Hic poſitus cœli natorum funera ſemper
Portendit luctum, nunciat atq; grauem.
Ah nimis aſtrorum dextrè ſibi conſtitit ordo,
Triſtia dum nati lugeo fata mei.
Sic mea præuiſis mens facta eſt ſaucia telis,
Sed præuiſa minus tela nocere ſolent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Certaq́ cum de te mihi ſit ſpes nate ſalutis,
  Hæc facit, vt placida cætera mente feram.
Sed quid ego miſeris perſto indulgere querelis,
  Plurima triſtitiæ dans alimenta meæ?
Cum tamen haud poßim, quòd inexorabile fatũ eſt,
  Defunctum lacrymis huc reuocare meum.
Quod ſupereſt ergo, ô fili dilecte IOHANNES,
  In Chriſto precor, vt ſit tibi tuta quies.
Hæc tamen eſt imis mihi ſpes infixa medullis,
  Non inſtar pecudis corpora noſtra mori.
Sed reſtare pijs æternæ gaudia vitæ,
  Cum Chriſtus iudex totius orbis erit.
Tunc dolor & lachrymæ cæcum trudentur ad orcũ,
  Nec mors nec luctus tum ſuper vllus erit.
Tunc iterum fili, te clara in luce videbo,
  Lætum conſpectu colloquioq́ DEI.
Interea quoq́ dum vitalis ſpiritus artus
  Hos reget, haud potero non memor eſſe tui.
Ante Polus ſtellas, volucres agitabilis aër,
  Oceanus piſces, farra negabit humus.
Ante vagam flaui Germania Tybridis vndam,
  Et contrà Rhenum Martia Roma bibet.
Quàm tuus è noſtro labatur pectore vultus,
  Vultus auo ſimilis nate ſepulte tuo.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

EPIGRAMMA DE FVGACItate vitæ humanæ Henningi Cunradini.

FLos cadit, auroræ modò qui fulgebat ad ortum,
Præterit exiliens fornice riuus aquæ.
Imbre tumet grauido, ſed mox vaga bulla reſidit,
Frangitur & leuiter ſplendida maſſa vitri.
Dulcis abit ſubitò languenti pectore ſomnus,
Excita cum ſtudio eſt mens generoſa ſuo.
Vmbra velut ſpeculo leuis euaneſcit imago,
Auolat in ventos miſſus ab ore ſonus.
His citius cadit omnis homo, licet omnia fluxa,
Flos, aqua, bulla, vitrũ, ſomnus, imago, ſonus.

H. C.

EST homo flos agri, volucriq; ſimillimus vmbræ
Aufugit, & ſi quem credimus eſſe, fuit.

STIGELIVS.

QVid valet hic mũdus? quid gloria, quidue triumphus?
Poſt miſerum funus, puluis, & vmbra ſumus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

IDEM.

Mors tua, Mors Chriſti, fraus terræ, gloria cœ-
Et dolor inferni ſunt meditanda tibi. (li,
Viue diu, ſed viue Deo: nam viuere mundo
Mortis opus: viua eſt viuere vita DEO.

INCERTI AVCTORIS.

QViſquis es id noſcas, terra es, te terra recōdet,
Te terra genitum terrea membra docent,
Non te terreno terrena remordeat æſtu
Cura, tuas tandem terra reſumit opes.

ALIVD.

SIC rerum natura iubet, ſic temporis ordo,
Quæ modò ſunt, pereunt, quæq́ꝫ futura cadunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

DE SEPVLTVRA ET EXEQVIIS FVNEBRIBVS NOBI-liſsimi equitis, Ioannis Ranzouij, per Chriſto-phorum Kellinghauſen Ham-burgenſem.

CVm de præclariſsimi herois, cùm illuſtri vitæ curriculo re-buſq; fortiter geſtis, tum placida & beata ex hac mundi col-luuie emigratione, multa ſuperiùs luculenter commemorata ſint: id vnum te, humaniſsime Lector, deſiderare amplius poſſe exi-ſtimaui, quod diſertè illic explicatum non erat, qua is funeris pompa & honore, ad ſepulturam elatus, quoq; ſplendore & ma-gnificentia iuſta ei facta eſſent. De qua re quoniam ea quoq;, vt reliqua honorificentiſsima ipſi meritò contigerunt, quàm potero paucis, dicam. Nam cum annis iam tribus ſeptuagenario proue-ctior, & ipſo prægrauantis ætatis ſenio debilitatus, & lenta morbi diuturni tabe confectus, integris planè vniuerſis & immotis ani-mi ſenſibus de ærumnoſa hac vita, obitu ſanè per quam tranquil-lo & pio, diſcederet: inter cætera plurima, quæ prudenter pieq; admodum & munificè, ſe fatis functo peragenda, teſtatus conſti-tuit, & illud filijs, quos omnino duos paternæ virtutis & gloriæ æmulos reliquit, præceperat: vt ſe poſt mortem illatum maio-rum ſepulchro, quo & pater & auus, & proauus & abauus, condi-ti quietem ſanctam in Domino agerent, in oppido propinquo Itzohoa tumularent. Quia verò graſſabatur tunc eo in oppido vehementer peſtis (vt & in alijs pleriſq; Germaniæ locis & oppi-dis) qua multi indies mortales mortem obirent, ne propinquos ſuos, gentiles & amicos ad honeſtandum funus eum in locum accerſerent, quem iuſto metu propter vitæ periculum adire omnes formidare poterant, tandiu id differre, ſeq; in ædem proximam deponere, quoad peſtilens cantagio illic ſerpere & ſæuire, omninò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

deſijſſet, iuſſerat. Quod ſupremum dulciſsimi parentis mādatum, vt ei poſt obitum quoque morem gererent, quem viuentem amore ſummo complexi, mira cum pietate & obſeruantia obſequentiſsimè ſemper coluiſſent, fideliter quoque & ſolertia ſunt executi filij. Exemptis enim inteſtinis, arculaq́; ex plumbo ſeorſim conditis, exenteratum primùm cadauer opobalſamoq́; inunctum, & fragrantibus aromatis, molli interſperſo Anglici fili tomento, effartum, deinde ſarcophago item plumbeo querno intecto ligno compoſitum, in æde parœciali pagi Bredenbergæ (quam collapſam ipſe olim reſtituerat, & donarijs elegantiq́; exædificata turri pio liberaliq́; animo exornauerat) lateritia extructa domuncula depoſuerunt. Vbi cum in tertium iam menſem ſupra annum conſtitiſſet, miteſcente magis magiſq́; in oppido lue, ad principes & ciuitates finitimas, ad agnatos, neceſſarios & amicos, literas dederunt, vt in colliculum imminentem oppido pridie Calend. Martias conuenire, & deducendo funeri intereſſe pompæ vellent. Quo adueniente tempore, alter filiorum maior natu Henricus Rantzouius, regius in Holſatiæ Vicarius (nam Paulus iunior frater cum illuſtriſsimo Principe Adolpho ad obſidionem arcis Gothæ profectus, ex neceſſaria ea cauſa, parentalibus adeſſe non poterat) cum familiaribus nonnullis biduò antè ad templum ſeſe conferens, vbi in ædicula clauſum funus cuſtodiebatur, ea effracta, poſt habitam funebrem ab eius ædis presbytero Nicolao Vinterbergio orationem, cùm per feneſtellam ſtanneam, quæ eum in vſum in loculo erat, faciem defuncti chariſsimi parentis, deſiderij etiamnum nimio vix lachrymis temperans, ſupremum contuitus eſſet, & aliquot eius imagunculas ex argento conflato inauratas inieciſſet: id ſerici villoſi atro intectum velamine, & arcæ impoſitum, in caſtrum ſuum Bredenbergam ſecum auexiſſet. In

Quod

quod, præcedentibus cum faculis nepotibus, & honorifica inſequente pompa, illatum, in cubiculum pullato vndiq́ panno inſtratum velatumq́ accenſis circumfunalibus, pheretro collocauit. Huc poſtridie eius diei Eberhardus ab Holle Lubecenſium & Verdenſium præſul & Henrici affinis, vir ſpectabilis eoq́ honoris faſtidio longè digniſsimus, cum honeſto & mediocri comitatu aduenit, alijq́ item nonnulli nobiles viri, vt funeri efferendo intereſſent: qui honorificè omnes excepti & tractati ſplendidè, noctem ibi vnam cum ſuis egerunt. In ſequenti die, qui exequijs præfinitus calendas martias antecedebat, elatum cubiculo in vehiculum idem, quo fuerat aduectum, pullo integumento obductum collocauerunt: & alijs nonnullis ponè legentibus eius veſtigia curribus, quibus mœſtiſsima coniunx nuruſq́ geminæ, cum numeroſa & pulchra nepotum neptiumq́ ſobole, & agnatæ quædam fœminæ vehebantur, ſatellitibus ſtipatum vndiquaq́ circum curſantibus, ita in oppidum inducitur. Interea Henricus Ranzouius cum antiſtite, & quibuſdam agnatione proximioribus, amplaq́ miniſtrorum familia, lugubri omnes habitu, pullis ex ſyndone peplis à pileis in terga defluentibus, equorumq́ ephippijs atratis ſtragulis opertis, in collem oppido propinquum contenderunt: quò principum ciuitatumq́ legati, propinqui, gentiles & amici præclari omnes & nobiles viri, magno numero confluxerant. Quibus in corona circumſiſtentibus Henricus illuſtri & facunda oratione ampliſsimè gratias egit, quod in locum illum ad diem dictum rogati promptè acceſsiſſent, vtq́ ad reliqua exequialis eius honoris & celebritatis ſolennia peragenda, ſupremam & piam paternis manibus ſecum operam præſtare, & ijs finitis epulo funebri intereſſe non grauarentur, perhumaniter veq́ amanter rogauit. Inde ternis ſimul biniſue iunctim equitantibus, compoſito decenter ordine currum, quo funus defere-

batur, conſectati, longo agmine (nam trecenti fermè erant, qui equis vehebantur) lentoq; & moderato equorum gradu, ſenſim & magnificè oppido adequitarunt. Quod ingreßi, vbi in ædes atratas vndiq; & funalibus collucentes (quas magnificus heros peramplas ſibi & ſplendidas olim extruxerat) funus depoſuiſſent, in hoſpitia per oppidum pleriq; dilapſi ſunt, vt equis in ſtabula traditis ſinguli ad cohoneſtandam funeris pompam redirent. Sub idem præterea tempus curribus frequẽtibus, quorum ſupra quinquaginta fuiſſe conſtat, ingens fœminarum virginumq; nobilium turba aduecta eſt: quæ cunctæ pro regionis more, vt funus comitarentur, candidis lineis velamentis capita obuolutæ, quæ inde per ſcapulas vtraſq; licenter errantia dependebant, ſeſe perornauerant. Earum complures ad defuncti equitis coniugem Annam, ex vetuſta & clara Valſtorpiorum gente prudentißimam honoratißimamq; fœminam, ſeſe conferentes, quæ ijſdem in ædibus ad funus viri mœſta atq; adeò exanimata ferè luctu morabatur, largifluis opplentibus vultum lachrymis, & ingenti animi dolore intercipiente ſpiritum, eam verbis amanter & diligenter conſolatæ ſunt. Quæ dum fierent interim æra campana in ædibus ſacris, cùm in oppido, tum in vicinis circumquaq; pagis parœcialibus, nuſpiam ceſſabant: quibus & oppidum ipſum, & omnis circùm vicinia latè perſonuit. Cæterùm vbi efferendo funeri deſtinata aduenit hora, illud ſerico villoſo nigro obductum ſeni eiuſdem gentis & ſtemmatis, præſtantes omnes animis & viribus nobiles viri, ſuccollantes in humeros pheretro ſuſtulerunt, & lento grauiq; inceſſu, dum ſubinde ob nimium plumbei ligneiq; loculi pondus, furcis perticiſq; tranſuerſo ſubiectis, ſubſiſtere cogerentur, in templum eius oppidi primarium, diuo Laurentio martyri dicatum, deduxerunt longo honoratißimoq; & præcedentium & comitantium, agmine. Imprimis ex ludo literario pueri de more antecedebant, lugubres cantiones ver-

nacul a

nacula Latinaq; lingna alternatim decantantes, quibus nunc gaudium, nunc triſtitiam auſcultantium animis infundebant. Eos verbi diuini miſtæ & interpretes in oppido & pagis finitimis inſequebantur, quibus ſacratæ ſupra quadraginta ex nobilitate virgines, eiuſdem cœnobij contigui templo alumnæ, candido omnes amictu (vt eius ſectæ mos & inſtituta ferunt ſuccedebant, & ipſæ temperatis vocibus ſuauiter funere præcinentes. Hinc miniſtri vniuerſi Henrici, habitu obſcuro & triſti funalia manibus geſtantes, ingrediebantur: eorum veſtigia calcabant nouem & duobus filijs nepotes, deducentibus præceptoribus, & ipſi cereos grandiuſculos, quibus conuerſa gentis Rantzouiæ inſignia (vt cæteris funalibus cunctis) appenſa ſpectabantur, funeri auito præferentes. Inde proximè ante loculum abſolutæ nigredinis equus vnicolor, pullato terram radente ſtragulo, à vicarij regij puero ſeſſore ſegniter adigebatur. Sequebatur verò longè honeſtiſsimus illuſtrium & ornatiſsimorum virorum comitatus, quibus vnus omnibus habitus atratus & lugubris erat. In his nobiliſsimi grauiſsimiq; viri, legati Friderici II. Daniæ regis, trium Holſatiæ principum, Iohannis ſenioris atq; iunioris & Adolphi, reuerendus ampliſsimuſq; Lubecenſium & Verdenſium antiſtes legati comitis Schouenburgij, ciuitatumq; Lubecenſium & Hamburgenſium, conſpiciebatur. Aderant ex gentilitia ſtirpe Ranzouiorum prognati plures paucioreſue triginta, viri propè omnes emeriti & priſca rerum geſtarum memoria florentes, & ætate caniſq; decoris venerandi. Nam quos ex nobilitate omni Holſotica florenti æuo integer adhuc & viuidus, ad præclara eximiæ virtutis præmia & ornamenta conſectanda capiendaq; ſanguis alebat, eorum pars multò maxima ad obſidionem arcis Gothæ, ab illuſtri magnanimoq; duce Adolpho euocatæ, ſub pellibus & velis canabeis in caſtris excubabat. Quæ expe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

ditio cum in idem fortè tempus incidiſſet, effecit, vt rariores virorum nobilium, quàm acceſſiſſent alioqui pompæ huic exequiali intereſſent: cùm præterea complures quoq; in Dania Friderico regi contra Suecum iampridem militarent. Sed nobilium tamen eiuſdem ditionis numerus, qui funus ſectati ſunt, trecentos circiter nihilo minus adæquauit. Poſt nobilitatem ſuccedebat oppidi ſenatus ciueſq; honoratiores, quos ex pagis circumquaq; finitimis coloni longo ordine inſequentes agmen claudebant. Nec longo hinc intercedente interuallo, frequens elegantiſſimaq; fœminarum nobilium ſpectabatur ſeries, quæ & ipſe pro regionis more habitu funebri, vt dictum eſt: præcedentium virorum pompam comitabantur: eaſq; inter eminens, luctuq; & merore propè confecta, clariſſimi equitis coniunx, cum nuru vtraque & neptibus pluribus, omnium oculos in ſe vertebat. Vbi iam in cœmiterium ventum eſt, circuitu ter de more templo funus intulerunt, idq; media in æde ante ſuggeſtum, ex quo conciones ſacræ ad populum haberi ſolent, ſub machinula lignea inſtar ædiculæ fabrefacta cancellataq;, quæ vndiquaque defixis cereis collucentibus ardebat, conſtituerunt. Exinde finitis cantionibus vſitatis & ſolennibus, orationem funebrem habuit eius ædis oppidiq; presbyter ſummus D. Iohannes Vorſtius, quem præpoſitum vulgò vocant, vir pietate & doctrina ſenioq; venerabilis. Qui dum peroraret, funus ex eo loco ſuccedentium nobilium humeris ſublatum, & ad latus auſtrale chori prope clathros, quo loco maiores eius complures tumulati ſunt, vt & lapides impoſiti eorumq; inſcriptiones, & ara ab iiſdem inibi Sanctæ indiuiduæ Trinitati dicata, abundè teſtantur, in ſepulchrum arcuatum, quod pij gratiq; filij, cum in ſempiternam clariſſimi parentis memoriam, tum proprium & perpetuum familiæ ſuæ monumentum haud leuibus inpenſis pulcherrimum ædificarant, depoſitum eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

eſt. Id ſupra reliquam pauimenti tribus verè vlnis, gibbo expolito leuigatoq́, candido lapide porrecto & vtrinque redacto, altius aſſurgens, cui inſignia gentis artificioſè eleganterq́, inciſa, & coloribus diſtincta, quoquo verſus latera exornant, viuas ſupernè vtriuſque parentis quaſi recubantis imagines, niueo marmore affabrè effictas, ſpectantibus oſtendit. Eodem quoque loco paſſim Epitaphia & elogia, quæ hoc libro continentur, lapidibus in columnas parietemq́, immiſſis inciſa inſculptaq́, de vitæ curſu rebuſq́, geſtis tam præſtantis & ſpectatiſſimi inclyta virtute viri, lectores erudiunt. At peractis ritè & ſolenniter in æde ſacra ceremonijs cunctis, hinc ad conuiuium funebre diſceſſum eſt: quod magna lectiſſimorum conuiuarum frequentia, & ſplendore ac munificentia, vt tanti viri exequijs conueniebat, ſumma celebratum eſt. Æris quoque plurimum in pauperes diſtributum, & larga alijs aliiſq́, & quæ pater moriens paſſim & à ſe nuncupatis donari mandauerat, & quæ his filiorum inſuper adiecit liberalitas, munera præbita ſunt. Quibus per dies aliquot, vt mos eſt, agitatis, vniuerſi inde, poſt actas vtrinque prolixè decenterq́, gratias, in ſua diſceſſerunt. Ita qui placidè beateq́, de inſtabilis huius vitæ, quam omnem præclaram fortunatamq́, exegit, præſidio & ſtatione diſceſſerat: qui immortalem meritis illuſtribus vbique terrarum de ſe famam & gloriam excitauerat: qui ſpectata & ſempiterna egregiæ atque inuictæ virtutis monumenta poſteris moriens reliquerat: honeſtiſſimam quoque caduci atque emortui cadaueris ſepulturam, iuſtaq́, & exequias ſe dignas, hoc extremum honoris & officij defuncto parenti in mœrore & luctu maximo pijſſimis filijs tribuentibus, cumulatè conſecutus eſt. Quod equidem ipſum ad reliquam eius in vita felicitatem, qua non ſine admiratione magna, occulto quodam conſpirantium ſyderum fauore ac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

*re ac conſenſu, vel potius effuſa atque conſtanti diuini numinis,
rectiſſimam mentem gubernantis adiuuantiſq; benignitate at-
que clementia, ad extremum vſque halitum perpetua vſus eſt,
quaſi coronidem ſeu colophonem aptiſſimè congruentem, acceſ-
ſiſſe arbitror: vt qui in vita proſpera glorioſaq́; omnia habuiſ-
ſet, nec non extremo mortalibus præſtari ſolito honore ac mune-
re careret. Etſi enim ſunt, qui ſepulturæ iacturam leuem du-
cant, quando ex quocunq; terræ operculo tantundẽ ad ſuperos iti-
neris eſſe pijs credittur: & multi præſtantiſſimi viri, & æternis
ob comprobatam factis virtutem laudum præconijs celebrati,
vel in teterrimis carceribus ægritudine & ſqualore conſumpti
ſint: vel piſces in vndis obruti agitatiq; fluctibus pauerint: vel
in puluere cœnoq; patente ſub dio à vermibus feriſq; immitibus
laniati deuoratiq; ſint: alijſue indignis extincti ſupplicijs paſ-
ſim & miſerè computruerint: ij tamen ipſi honeſtum poſt mor-
tem ſepulchrum haud adeò aſpernantur, quin ſi contingat, in-
gens bonum: ſin denegetur à fortuna, leuiter ferendum eſſe
ſtatuant. Omnes certè mortales, præſtantibus & magnis in-
genijs præditi, illud potiſſimùm in votis habent, vt tranquillo
& præclaro vitæ exitu diem ſuum extremum claudant, exem-
ptiq; viuis tumulo, vti ſupremo corporis humani receptaculo,
donatæq; poſt exhauſtos vitæ labores quietis ſede, honeſtè con-
tegantur. Nam & ſanctiſſimos illos viros, quos antiquiſſi-
mis ſeculis, ob ſummam vitæ innocentiam ac religionem, Deo
percharos fuiſſe ſacræ literæ teſtantur iam morituros vel im-
primis præcepiſſe poſteris ſuis legimus, vt obita morte cadauera
ſua ſepulchris, vel à ſe ipſis vel maioribus ſuis conſtructis hono-
rificè inferrent atq; deponerent.*

EPIGRAM-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

HINRICI RANZOVII opuſculum de ſomniis eorumque euentibus.

SÆpè tenebroſa perpeſſus ſomnia nocte,
Hic ſit, quæſiui, num tribuenda fides.
Cumque mihi dubiam traheret ſententia mentem,
Somnia quàm plures & nihil eſſe velint:
Euentus, dixi, faciet dubitabile verum,
Si quis ab euentu facta notanda putet.
Somnia multa quidem ſum tempore paſſus ab iſto,
Hæc tamen euentu non caruêre ſuo.
Somnia ſunt aliquid, tu ſomnia ſpernere noli,
Id me, cum ſacris, ſcripta prophana docent.

Hinc Iacobe tuus ſcalæ fuit impetus altæ, Geneſ. 28.
Sic Nebucodonaſar ſomnia vera tulit.
Præuiſa in ſomnis ſunt vbertasque famesque, Geneſ. 41. cap.
Cum caſtus Ioſeph carcere ſeptus erat.
Nam Pharao ſeptem ſat obeſo corpore vaccas,
E ſummo vidit paſcua adire mari.
Mox vaccas totidem macilento corpore vidit,
Vix pelle hærentes oſſibus atque ſuis.
Quid fuerint, ſeptem læti prouentibus anni,
Et ſeptem ſteriles edocuêre ſatis.

Geneſ. 37. *Manipulus Ioſeph ſummos prædixit honores*
In ſomno viſus, nocte ſilente, graui.
Fructificans vitis pincernæ fauſta ſpopondit,
Quando erat in vinclis ſqualidus ipſe ſuis.
Cum vacat euoluas Danielis ſcripta Prophetæ,
His quoq; ſunt aliquot ſomnia miſta locis.

Matth. 2. *In ſomnis monitus Ioſeph nutritor IESV,*
Fugit in Ægyptum cum genetrice DEI.
Hæc quoq; cauſa fuit, Solymorum ex vrbe profecti
Cur orientales non rediere Magi.

Hæc exempla quidem monſtrant oracula Vatum,
Pluraq; ſuppeditant ethnica ſcripta tibi.

Hiſtoria Aſtyagis non eſt incognita Regis,
Multorum certè quam monumenta notant.
Hic pulchram vitem de ſe creuiſſe putauit,
Per ſua cum tacitus ſerperet oſſa ſopor.
Eſt eadem vitis viſa extendiſſe racemos,
Hi tegere vt poſſent Aſia quicquid habet.
Euentum ſortita ſuum res iſta putatur,
Aſtyagis Cyrum filia cum peperit
Qui populos Aſiæ iuſto moderamine rexit,
Et non conficta laude perennis erit.

Nunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Nunc tua, Tarquini, narrabo ſomnia paucis,
Auſoniæ regimen quem penes vrbis erat.
Hic patrio in ſomnis ſe more litare putauit,
Ut bene placatos poſſet habere Deos.
Ficticij quamuis eſſent tamen ariete cæſo,
Hos gemino voluit conciliare ſibi.
Se quoq; proſterni ratus eſt truculenter ab vno, Liuius.
Corporis vt nigram mole feriret humum.
Idem ſe ratus eſt obſcuræ noctis in vmbra,
Quadrupedes roſei cernere ſolis equos.
Tranſuerſa viæ currentes à veſpere ad ortum,
Mæſticia vnde viro non leuis orta fuit.
Hoc notat exilium, dixit conſultus aruſpex,
Rex ò Tarquini, ſis memor, exul eris.
Fiet & inſignis regni mutatio, qualem
Vrbs pia Romulidum vix habuiſſe poteſt.

Temporibus priſcis Samium vixiſſe Tyrannum,
Proditur in doctis hic & vbiq; libris.
Cui fuit eximium multo de robore nomen,
Obruta non vllo proſperitasq; metu.
Suſtulit è medio mors hunc fœdiſſima tandem,
Dum trabe ſuſpenſus finijt ipſe dies.
Ipſius in ſomnis hoc filia viderat ante
Quam fieret, ſomno territa virgo graui.

Suſpenſum quoniam patrem terram inter & aſtra
Dum dormitaret, vidit & obſtupuit.
A Phœbo nec non vngi conſpexit eundem,
Perfundi tandem vidit & imbre Iouis.
Contigit hoc totum, pater eſt ſuſpenſus in altum,
Phœbæo nec non vſtus ab igne fuit.
Pinguedo fuit vnguentum, quam traxit ab illo
Phœbus, & immenſis abluit imber aquis.

His patet exemplis, quòd ſint præſagia rerum
Somnia, iudicio & ſubijcienda graui.
Valerius lib. 1. cap. 7. *Nam teſtatur idem Calphurnia Cæſaris vxor,*
Quæ prius in ſomnis triſtia paſſa fuit.
Suſtulit è medio pro libertate vetuſta
Quàm ſibi dilectum factio dira virum.
Namq; cruentatum corpus ſibi viſa mariti eſt
In gremio lachrymis fœda tenere ſuo.
Nec prece nec lachrymis ſomno defuncta pepercit,
A collo pendens officioſa viri,
Curia ſi poſſet fieri ſuſpecta marito,
Cum ſocio Brutus nam benè notus erat,
Hei mihi quòd ſpreuit Cæſar præcepta monentis,
Atq; pijs precibus noluit eſſe locum.
Non tepefeciſſet generoſo ſanguine ferrum,
Nec fundens animam procubuiſſet humi.

Si ti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Si tibi geſsiſſet Cæſar Calphurnia morem,
Motus & hæſiſſet ſuſpitione domi.

Auguſtus fœlix, qui poſt tua funera Iuli
Suſtulit Imperij ſceptra relicta tui.
Et præter ſummo quam quod ſucceſsit honori,
Exemplo didicit cautior eſſe tuo.
Hic quia cum Brutum ſequeretur vindice ferro, Valerius
Subiectus medico maluit eſſe ſuo. ibid.
Quam vitam inſidijs exponere. Namq; Minerua Plutarchꝰ
In ſomnis medico dixerat iſta ſuo. in Bruto.

Ac quoniam de te Cæſar, cæpere Camenæ
Octaui, numeris latius ire libet.
Cum Capitolinam ſolenni more dicaſſent,
Romulides ædem quæ decus vrbis erat:
Res quædam innotuit Catulo per ſomnia Quinto, Suetonius
Carminibus quæ non eſt reticenda meis. in Augu-
Nam iuuenes aliquot ſacra conſpexit in æde, ſto.
Corporis eximios ingenijq; bonis.
Quos prætexturæ donarat honore ſenatus,
Hos quoq; ludentes vidit, vbi ara ſtetit.
Mox Capitolinus ſecreuit Iuppiter vnum, Appianus
Vrbis & hunc celebrem fecit honore nouo. lib. 4.
Dans ipſi præclara tuum Reſpublica ſignum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Geſtabat celſa forte quod ipſe manu.
Hoc primum: porro Catulus conſpexit eundem,
In gremio dicti nocte ſequente Iouis.
Quæſiuitq; aliquem, qui de Ioue velleret ipſum,
Hoc vetuit monitis ſed Deus ipſe ſuis.
Non aliter quam ſi ſub eo reſpublica tuta,
Succeſſu & florens temporis eſſe queat.
Obuius Auguſto Catulus ſit luce ſequenti,
In non ignoto lumina fixa tenens.
Admirabundus iuuenem dum ſpectat, in iſtas
Erumpit voces: hic decus vrbis erit.
Nam penitus membris ac ore ſimillimus iſti eſt,
Per ſomnum viſus qui fuit ante mihi.

Valerius lib. 1. cap. 7.
Tullius eloquio quo tempore floruit, atq;
In toto mundo maxima Roma fuit:
Accidit in Megara quoq; res horrenda relatu,
Somnia quæ noctis nonnihil eſſe probat
Arcades intrarunt vrbem duo, montibus altis
Cum maior noctis decidere vmbra ſolet.
Non vno tamen hoſpitio ſuſceptus vterq; eſt,
Hic ſubijt noti tecta benigna viri.
Ille Lycaonias caſu ſed venit in ædes
In quibus haud pietas, proh dolor vlla fuit.
Nam ſimul ac ardor fuerat compreſſus edendi,

Atq;

Atq; erat in lecto laſſus vterq; ſuo.
Hoſpes vah tetrum commiſit in hoſpite factum.
  Cædeq; inhumana polluit ipſe domum.
Cumq; miſer caderet diro peregrinus ab enſe,
  In ſomnis alter paſſus acerba fuit.
Vidit enim comitem contra vim, diraq; tela
  Quærentem auxilium ſupplice voce ſuum.
Territus hac triſti ſurrexit imagine, ſed mox
  Se reclinauit ſomnia vana putans.
Cumq; iterum placidus clauſiſſet lumina ſomnus,
  (Eſt etenim laßis non odioſa quies.)
Vidit ab integro Comitem non grata loquentem,
  Et ratus eſt tales ſe capere aure ſonos:
Hoſpitis è viuis quoniam me ſuſtulit ehei
  Sanguinolenta, ferox & violenta manus.
Te rogo ne facinus ſaltem ferat illud inultum,
  At mea iudicibus triſtia fata refer.
Ne dubites, portas huius te confer ad vrbis,
  Quam primum fuerit craſtina viſa dies.
Hic iumentorum malè olenti ſtercore plenum,
  Spectabis plauſtrum circumeunte rota.
Hoc exangue meum defertur ab vrbe cadauer,
  Detur vt agreſti præda petita feræ.
Finis erat dictis, nocturna receßit imago,
  Ex oculis pariter fugit & ipſa quies.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Obſtupuit iuuenis, ſtratumq́ reliquit amici,
Induit & veſtes corde tremente ſuas.
Mox etiam properans portas perrexit ad vrbis,
Euentum cupiens ritè videre rei.
Nec mora, currus adeſt, ſtat onuſtus ſtercore at iſto,
Abſconſum Comitis ſtercore corpus erat.
Ah nimis infœlix & lamentabile corpus,
Hoſpitis occidit quod violenta manus.
Præuenit aurigam iuuenis, commotus & ira,
Currentes ipſum ſiſtere mandat equos.
Deijcitur ſtercus cum ſtercore pròh dolor iſto,
Deiectum apparet triſte cadauer humo.
Sic patet infandum facinus, defertur ad aures
Iudicis, & pœnas fert homicida ſuas.
Non hæc in Megara conficta, ſed acta fuiſſe
In ſcriptis meminit Tullius ipſe ſuis.

An. 1560. *Rem non abſimilem celeberrima Cimbria nouit,*
Colmariæ in noto quæ fuit acta loco.
Hic deteſtandum commiſit adultera coniunx,
Inſtinctu Satanæ, pròh furioſa, ſcelus.
Quale ſit, incluſum numeris, vt ſcire nepotes
Poßint, qua potero dexteritate, dabo:
Incola Colmariæ quidam, cui ſedula certè
Cura domus, vxor ſed malè fida fuit.

Ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Ad loca quæ porcis tunc exhibuere ſaginam,
Se cum vicinis contulit ipſe ſuis.
Obſcuram traherent cum ſera crepuſcula noctem,
Apta viatori nox tamen illa fuit.
Cumq; ſuis paulum digreſſus ab ædibus eſſet,
Hei malè confeſtim cœpit habere miſer.
Dixit & ad comitem: Domus eſt repetenda Soda-
Et quo perrexi non datur ire mihi. (lis,
Setigerum pecus ergo meum ne quæſo grauèris,
Ad noſtram rurſus ducere ritè domum.
Promiſit comes iſta viro, qui protinus æger,
Inflectit greſſus ad ſua tecta ſuos.
Adueniens ædes occluſas vidit, & intra
Mox animaduertit cuncta ſilere domum.
Vxor enim Veneris gaudebat adultera furto,
Cum ſeruo fœdans luxurioſa thorum.
Et quia iamdudum ſeſe malefida marito
Fecerat iniecta ſuſpitione ream.
Nunc etiam ſuſpecta fuit: vir feruidus ira
Inſtitit ergo ſuas concutiendo fores.
Territus aufugit mœchus, ſtratumq; reliquit,
Hei malè promerito nox nimis æqua fuit,
Pulſatas toties tandem vix mœcha recluſit,
Inſidijs nec non fraude repleta, fores.
Atq; viro cœpit vehemens intendere litem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Quam non immeritò debuit ipſa pati.
Neglectum incuſans pecoris diſcrimine plenum,
Pro nihilo duxit damna pudicitiæ.
Sed vir multa mouens intra ſe, & laſſus eundo
Impoſuit lecto frigida membra ſuo.
Et cum prima quies ipſi per membra latenter
Serperit, admiſſum eſt exitiale ſcelus.
Mæchus cum mæcha iugulum mucrone reſoluit,
Namq; quieſcentis (res memoranda) viri.
Mox etiam ſacco gelidum intruſere cadauer,
Atq; ſepulturæ proxima cura fuit.
Aggere defodiunt illud ſatis inde remoto,
Tutaq; ſperantes omnia, & abſq; metu.
Inſuper egregium ſimulauit adultera luctum,
Omnis cum fuerat turba reuerſa domum.
Repleuitq; vias crebris vlulatibus omnes,
Atteſtando ſuum non rediiſſe virum.
Sed Deus, è ſummo qui proſpicit omnia cælo,
Iudice clam tantum noluit eſſe ſcelus.
Iuſtus enim Deus eſt, patrantes odit iniqua,
Nunc qua deteſtum ſit ratione dabo.
Cum re confecta vicinia cuncta rediret,
Vnus fecit equos pabula adire ſuos.
Et ſubter curru conceſsit lumina ſomno,
Aurora bigis approperante ſuis.

Hîc

Hîc vbi mæcha viri defoderat ipſa cadauer,
Ah nihil eſt ſummum fallere velle Deum.
Namq; quieſcenti vir quidam apparuit, illum
Ore repræſentans, qui tumulatus erat.
Hunc ille obiurgat, quærens cur ſerius adſit,
Nec tempeſtiuè venerit ipſe domum.
Hic contra: noli quicquam, vir amice, timere,
Sed mihi da puro pectore quæſo fidem.
Te ſummo ſtudio mea velle capeſcere iuſſa,
Annuit, hic autem talia deinde refert:
Cum Mæcho vxoris propriæ me dextra peremit,
Aggeris ac huius contumulauit humo.
Hoc ſuper impoſito dabitur ſpectare recenti
Ceſpite, & hoc notum fratribus eſſe velim.
Cætera iudicibus mando: diſparuit hiſce
Vocibus orator, iamq; erat orta dies.
Ille domum pergit ſed præ formidine mentis,
Dicere non audet fratribus iſta viri.
Reſtaurans iterum grata ſua membra quiete,
In ſomnis patitur, quæ modo paſſus erat.
Lecto aſtare virum ſtupefactus cernit eundem,
Soluentem ſubitò talibus ora modis:
Cur leuis es, promiſſa negans? promiſſa requiro,
Aſtrictam verbis, te rogo, ſolue fidem.
Quod me cum mæcho iugulauit adultera coniunx,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Detectum cupio fratribus eſſe meis.
Triſtes exuuias aliò mea detulit vxor,
Abſconſæ penitus non tamen eſſe queunt.
Tu comes eſto viris, tu dux quærentibus eſto,
Monſtrabit tandem nigra catella locum.
Nec mora cum Titan ſurrexerat, ipſe reiecto
Fratribus expoſuit ſomnia bina metu.
Quæritur amiſſus ſpectatur in aggere foſſa
Corporis humani ſigna relicta tenens.
Quæritur vlterius corpus, non cernitur vllum,
Cernitur at circa nigra catella viam.
Diſijcit hæc terram pedibus, notat atq; cadauer,
Protinus ad comites dux ſtupefactus ait.
Nigra quieſcenti talis mihi viſa catella eſt,
Hic nobis fiet res manifeſta viri.
Approperant omnes, mox defoſſumq; cadauer
Inueniunt, ſic per ſomnia res patuit.
Sic DEVS in claram profert abſcondita lucem,
Tandem impunitum nec ſinit eſſe ſcelus.
Et ne quid dubites me ſcribere vera, notabo
Supplicium tulerit quo rea turba loco.
Stadenſem mœchus fugitando venit in vrbem,
Illic ſupplicium mox capitale luens.
Qualiter eſt vitam finiuit adultera coniunx,
Indicijs certis dicere Crempa poteſt.

Diuer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Diuerſisq́; licet pœnas, mortemq́; tulere,
Pro ſcelere admiſſo, fœmina virq́; locis.
Amborum tamen vna fuit confeßio, tali
Qualem commemoro ſingula geſta modo.
Sic velut in ſpeculo ſpectas, odiſſe ſupremum
Rectorem cædes concubitusq́; vagos.
Acta quidem ſunt hæc elapſo tempore Crempæ, An. 1560.
Præfectus Ranzow cum Nicolaus erat.

Sed quid ego numeris exempla vetuſta reuoluo,
Cum præſens ætas talia multa ferat.

Muſtapha ne ſpernas in ſomnis viſa, peremptus
Te docet atq; monet ſanguine ritè ſuo.
Quale ſit, in ſomnis quod viderit, accipe paucis
Clauſerit & vitam qua ratione ſuam.
Muſtapha cum grata repararet membra quiete,
Lucida ſiderei ſcandit ad aſtra poli.
Venit & ad ſolium Mahometi luce coruſcum,
Neſcio quid numen ſupplice voce rogans.
Nec mora, cum Titan luſtrauit lampade terras,
Nuncius en præſens à patre miſſus erat.
Muſtapha, dicebat, genitor Solimannus, vt ad ſe
Confeſtim venias me comitante iubet.
Muſtapha ſic contrà guttur ſermone reſoluit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Iam conſtat, ſibi quid ſomnia viſa velint.
Hei dudum eſt odijs quod ego diuexor iniquis,
Et nunc ad cineres à genitore vocor.
Vt peream, quæror, mala me præſagia terrent,
Parebo iußis ſed tamen ipſe patris.
An. 1553. Perpetiar potius pulchram per vulnera mortem,
Quam videar patris ſpernere iuſſa mei.
Dixerat, & patris madefecit ſanguine ferrum,
Somniaq́ euentum ſic habuere ſuum.

An. 1559. 10. Auguſt. Quis Regem Hinricum neſcit? cui Gallia paret,
Vinetis paßim Gallia plena bonis.
Is ſemel hoſtili gaudens certamine vires
Exercere ſuas, paſſus acerba fuit.
Dum turpi faciem fœdauit vulnere, nec non
Poſt aliquot vitam finijt ipſe dies.
Atq́ ita diſceßit triſti certamine victus,
Viderat in ſomnis hæc Catharina ſuis.
Fœdere quæ facta eſt Gallus Regina Iugali,
At Mediceorum ſtemmate nata fuit.
An 1559. 1. Ianuar. Rex Daniæ Chriſti qui traxit nomine nomen,
Tertius iſtius nominis atq́ fuit.
Ipſe propinquantis ſibi mortis protulit horam,
In ſomnis nouit quam memorante Deo.
Namq́ quieſcenti, cum lumina ſomnus haberet,

Neſcio

Neſcio quis tales protulit ore ſonos.
Cum campana quidem quartam ſignauerit horam,
Cumq́ anni primum fiet origo noui:
Corporis ac animæ nexum DEVS ipſe reſoluet,
Et tibi non vllus poſt cruciatus erit.
Ergo fide Deo, benè ſpera, ritè moneto,
Ante voles obitum ſi qua monere tuos.
Dicta pio Regi ſimulac aduenerat hora,
Mortuus in vera eſt agnitione Dei.
Angelus è cœlo dimiſſus forte per auras,
In ſomnis Regi retulit iſta pio.

Nobilis Holſatiæ quidam de ſtirpe Qualenſi, An.1569.
Qui Ioſuæ ſancto de Duce, nomen habet.
Triſtia, nocturnus cum lumina ſomnus haberet,
Paſſus Ranzouio de Daniele fuit.
Vidit enim teretis crepitanti glandinis ictu,
Proſterni egregium Marte furente Ducem.
Ioſiæ fratri, lecto quo cum hæſit in vno,
Retulit, ac alijs qualia paſſus erat.
Elapſis vero bis ſeptem ritè diebus,
Euentum cæpit res miſeranda ſuum.
Namq́ viro forti faciem globus abſtulit ingens,
Haud ſine multorum quæſtubus ac lachrymis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

An. 1565. 22. Decēb. Nox quæ ſumma meo fuit & poſtrema parenti,
Cuius adhuc dextro murmure fama viget.
Certa ſecuturæ fecit præludia mortis,
Languenti ſomno facta moleſta graui.
Luctari quoniam ſe nocte putauit in iſta
Cum monſtro, humanum quod vorat omne genus.
Fœmina per pomum malè ſuada quod intulit orbi,
Inſtinctu Satanæ fœmina facta nocens.
Se quoq; proſterni genitor vinciq; putauit,
Vincere qui ſolitus fortiter ante fuit.
Hoc ita feruenti fuit infirmatus agone,
Sudorem membris vt daret vſq; ſuis.
Tunc ego Germanusq; meus quem fata tulerunt,
Tentamus ſomnum rumpere voce grauem.
Euigilat genitor, narrat ſua ſomnia, quæ non
Triſtitiæ nobis cauſa fuere leuis.
Triſtia vicinæ ſunt hæc præludia mortis,
Diximus, & venit, pròh dolor, hora patris.
Nox elapſa fuit, pars eſt exacta diei,
Veraq; cum letho lucta ſecuta fuit.
Succubuit genitor, ſed ſic vt ſcanderet aſtra,
Pars melior capiens cœlica regna ſui.

Propria nunc etiam deſcribere ſomnia paucis,
Perq; ea quæ fuerint notificata, iuuat.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Hæc belli euentum mihi prædixêre cruenti,
Quo duo ſceptrigeri conſeruere manus.
Hic quorum Daniæ latas moderatur habenas,
Ille gerit Suetici Regia ſceptra ſoli.

Hæc quoq; fecerunt præſagia vera futuræ An. 1569.
Mortis, Ranzouio de Daniele mihi. 11. Nouēb.
Ad quem, cum nullus fuerit præſtantior heros,
Iſtius belli ſumma relata fuit.

Filiolum quoties mea prægnans ædidit vxor,
Filioli toties ſpes mihi certa fuit.
Nam prius in lucem quam charum poneret ipſa
Ventris onus, noctu eſt viſus adeſſe puer,
Viſus adeſſe mihi eſt & circa ludere lectum,
Quale ſit, hinc didici, parturientis onus.
Filiolum paries vxor chariſſima dixi,
Et mihi filiolum parturiendo dedit.

Sæpius in ſomnis flamma crepitante reſolui
In cineres viſa eſt arx Bredeberga mihi.
Quam meus extruxit genitor ſat ſumptibus amplis,
Rebus & inſtruxit non minus omnigenis.
Hoc quoties vidi mihi lux proſperrima ſemper
Contigit, & votis conſona ritè meis.

Cui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Roſenkrātz. Cui Roſa deq; Roſis pulchrè contexta corona,
Cognomen fecit, nunc mihi carmen erit.
Oxius alter erit ſed ne prænomina ſenſum
Impediant, numeris ſunt quoq; danda meis.
An. 1575. Petrus & Holgerus: quid nunc, cognoſce, ſit actum,
Hi ſemel in ſomnis apparuere mihi.
Non aliter quam ſi curru veheremur in vno,
Miſcentes ſcitis ſeria dicta iocis.
Optima regnandi ratio quæ poßit haberi
Quæſitum eſt, lenis vel violenta, mihi.
Nam prius aurigæ dederam præcepta, modeſtè
Cogeret vt noſtros, non violenter, equos.
Dedecet aurigam dixi, violentia, & illos
Qui regnant, ſiquidem plurima damna parit.
Oxius oppoſuit: non manſuetudine leni,
Vi ſumma debet ſed vaga turba regi.
Lenta regat Corilus pueros ætate tenellos,
Luxurioſa graui turba premenda iugo eſt.
Dum nos ſermones de regnis cedimus iſtos,
Aduerſas partes & mihi Petrus agit.
Aurigam pariter monet hortaturq; ſubinde,
Fortius vt noſtros cogere pergat equos.
His monitis auriga viri dum paret & inſtat,
Impingit currus, vertitur atq; cadit.
Excußi vero, ceu mos eſt, forte rotarum

Petrus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Petrus & Holgerus ſub grauitate cubant.
Tunc ego: vicinæ ſunt hæc præſagia mortis, An. 1575.
Et ſic è viuis ceßit vterq; breui.

Fert mea mens alium reliquis attexere caſum,
Non parui luctus qui mihi cauſa fuit.
Cum meus Hæbraicas peragraret filius vrbes,
Materni nomen qui bene ſeruat aui.
In ſomnis ipſum nec opina morte peremptum An. 1580.
Conſpexi, largis fletibus ora rigans.
Cum prius at vellem defunctum cernere gnatum,
Non meus eſt viſus filius, aſt alius.
Nec minus indolui tamen, & ſum paſſus acerba,
Filius ac fuerit ſi meus, haud alius.
Hæc ego non paucis narraui Regis in aula,
Dicens me nati fata timere mei.
Euentum cognoſce rei: ne ſomnia ſpernas,
Elapſi fuerant cum duo namq; dies,
Hei fratris Pauli tenebroſa noctis in vmbra,
Enſe trucidatus filius occubuit.
Nobilis alterius quem ſanguinolenta peremit
Dextera, non pœnas effugitura Dei.
Hic mihi tam dilectus erat quam propria proles,
Virtutis dederat nam bona ſigna ſuæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Cumq́ meo gnato nomen commune Gerhardus
Ipſi erat, ipſe Deus ſoſpitet, oro, meum.
An. 1582. *Fertilis atq; potens Hiſpanica terra Gerhardum*
Cum fouit gnatum, detinuitq́ meum.
In ſomnis vidi reducem, ſi ritè recordor,
Perfuſus magna lætitiaq́ fui.
Narraui multis viſum, natusq́ Gerhardus
Venit poſt paucos ad mea rura dies.

Heu mihi, quid dicam fuerint quàm ſomnia vera,
Ante obitum nati quæ mihi viſa mei?
Surgere cum roſeo coniunx Titonia lecto,
Atq; ſolet Phaëton iungere ſolis equos:
Tum mihi ſum viſus patrem mandare ſepulchro,
Largiter & lachrymis ora rigare pijs.
Magnaq́ nobilium pariter mihi viſa corona,
Quæ patri extremum præſtitit officium.
Protinus euigilo, vigilanti lumine porro
Nil cæcas tenebras cernere præter erat.
Hîc ad me rediens dicebam: pròh dolor, iſta
Filioli mortem credo notare mei.
Et tibi præcipuè metuo dilecte Iohannes,
Sis quod auo ſimilis nomine & ore tuo.
Huic alia in ſomnis etiam ſucceßit imago,

In bel.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

In bulla nati funera mœſta notans.
Nam bullas veſtis mihi cum numerare viderer,
Veſtis in extremo defuit vna loco.
Bulla quid hæc fuerit vicino tempore ſenſi,
Cum rapuit natum parca maligna meum.
Qui fratrum minimus nomen referebat auitum, An, 1582. 17. Octob.
Heu quanti luctus hic mihi cauſa fuit.
Iſte tamen luctus grauior, mihi crede, fuiſſet,
Ni præuidiſſem nocte ſilente malum.
Nam quia præuidi ſtudui anteuenire dolorem,
Si mihi quem nati triſtia fata darent.
Et luctum metuens ſolatia quærere cœpi,
Ex verbo nunquam decipiente Dei.
O fœlix qui non ſecurè ſomnia ridet,
Ritè ſed obſeruat quid ſibi cuncta velint.
Quærit & ad quemuis vitæ medicamina caſum,
Nam præuiſa minus lædere tela ſolent.
Hoc quicunq; facit medicas adhibere dolori
Ipſe poteſt, quando venerit hora, manus.
Namq; futurarum ſi quis præſagia rerum
Irridet, ſtolidis annumerandus erit.
Inſulſo ſimilis medico, medicamina cunctis
Qui præbet, ſeſe curat at ipſe nihil.
Hæc ego non hominum dubijs ſermonibus hauſi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Sed mihi ſunt proprijs cognita vera malis.
Semper ego quoties dixerunt ſomnia luctum,
E verbo ſumpſi pharmaca certa Dei.
Humanum eſt etenim quod nobis accidit ipſis,
Et ſimul eueniunt cuncta volente Deo.
Matth. 10. cap. *Res nihil eſt capitis pilus & paſſerculus vnus,*
Ignorante Deo non tamen iſte cadit.
Nec vitare poteſt homo quod diuina voluntas
Conſtituit, veluti pagina ſacra docet.
Et quamuis luctu ſe quiſquam conficit ægro,
Nequicquam tamen hinc vtilitatis habet.
Solus enim Deus eſt qui damna grauiſſima nobis,
Cum vult in lucrum vertere dulce poteſt.
Promiſitq́ malis noſtris ſe velle mederi,
Namq́ aduerſa bono claudere fine ſolet.
Hæc in me vincit meditatio ſæpe dolorem,
Dum res amiſſas obliuione tego.
Expectoq́ diem qua filius ipſe tonantis,
Expectata pijs cælica regna dabit.
Hæc ego non vllo medicamina tempore ſpernam,
In precio cunctis ſemper habenda pijs.

Nam mihi longeuæ ſpes eſt certiſſima vitæ,
Et mala viuenti ſunt metuenda viro

Nata

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Nata ſit vnde mihi forſan ſpes iſta requiris,
Deſine nam paucis verſibus iſta dabo:
In ſomnis mihi ſum cunctos amittere dentes
Viſus, & ora nihil tundere poſſe cibi.
Hoc ego vicinæ veluti præſagia mortis
Accepi, ac fudi vota piasq; preces.
Sed quia carniuoræ rabies mihi parcere mortis
Iuſſa fuit, canum me fore credo ſenem.
Subſcribunt mihi qui cœlum ſcrutantur & aſtra,
Et ſpondent vitæ ſtamina longa meæ.
Nec leue pondus habet quod cum genetrice parenti
Eſt data canities pol veneranda meo.

In ſomnis etiam vox hæc mihi venit ad aures: An. 1574.
Voluendo fies ſcripta diſerta ſenex. 25. Martij
Te populus cernetq; ſenem, cernetq; legentem, ætat. 49.
Iſta ſenectutis ſunt data ſigna mihi.

Sed promiſſa Dei ſuperant hæc omnia ſigna,
Et promiſſa nego fallere poſſe Dei.
Qui donec ſuper eſt mortalis vita, parentes
Sincero ac ſtabili ſemper honore colit.
Is certe capiet longeuæ tempora vitæ, Exod.
Quarti præcepti ſumma ſacrata refert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Non eius metuet meritas transgreßio pœnas,
Sed feret à ſummo præmia magna Deo.
Ad Epheſ. 6. *Et quando fuerit preſſus torrente malorum,*
Auxiliatrices ſentiet ipſe manus.
Syracid. 3. cap. *Hunc quoq; non dura Deus audiet aure precantem,*
Et plus quàm potuit quærere ſponte dabit.
Eius & in nihilum redigentur crimina cuncta,
Horrida ceu glacies ſole calente perit.
Hæc mihi ſpem longæ faciunt oracula vitæ,
Promittunt annos Neſtoriosq; mihi.
Dum vero colui reuerenter honore parentes,
In verbo Dominus ceu iubet ipſe ſuo.
Somnia nam fas eſt ſacro poſtponere verbo,
Utpote quod veri pendet ab ore Dei.
Eſt tamen inſipiens qui ſomnia ſpernit & odit,
Cumq; ſuo ſomno ſemper abire ſinit.
Verùm quis poterit paucis comprendere cuncta
Verſibus, hæc elegis ſumma ſit ergo meis.
Somnia ſunt aliquid, tu ſomnia ſpernere noli,
Id te cum ſacris ſcripta prophana docent.
Multa monet natura, Deus quoq; plurima mittit,
Per quæ mortales ſæpè futura docet.
Tandem me vana ſi non ſpe ſomnia ludunt,
Conſona promißis quæ liquet eſſe Dei.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Te Deus omnipotens precor ut tranquilla ſenectus
Finiat ætatis luſtra peracta meæ.
Sincero te corde tamen celebrabo colamq́;,
Siue breui moriar, ſiue ſuperſtes ero.
Vltima namq́; dies vitæ, ſi credimus, huius
Eſt nobis vitæ fons & origo nouæ.

NICOLAVS REVSNERVS Hinrico Ranzouio.

SOrs dat opes & regna bonis pariterq́; malignis,
Vnde bonus dici nemo, vel eſſe poteſt.
At virtus facit vna bonos, pariterq́; beatos,
Quæ potior regnis eſt, opibusq́; ducum.
Sic ſors virtuti, vis cedit inutilis arti,
Ingenio robur, conſilioq́; labor.
At tibi ſors pariter dat opes Hinrice: beatum
Et pariter virtus te facit atq; bonum.
Auget vtrumq́; decus pietas doctrinaq́; digna,
Et ſplendor generis nobilitasq́; probi.
Et fauor & Regum magnorum gratia magna;
Et qui te paribus paſſibus ambit honos.
Sic merito ter eris Hinrice quaterq́; beatus,
Quem bona tot, Diuûm numine, tanta beant.

EN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

ENCOMION HENRICI RANZOuij ſcriptum à M. Rodemanno.

QValis erat quondã cum maxima Roma vigebat,
Mæcenas patriæ gloria prima ſuæ.
Talis apud Cymbros, cum res ita publica poſcit,
Ranzoui es patriæ fida columna tuæ.

ALIVD AD HENRICVM Ranzouium.

SVnt tibi cùm Regum, tùm publica cõmoda curæ,
Nec tamen Aonidum munera grata minus.
Regibus & patriæ pariter muſisq́ placere,
Quod facis humanum vincit id ingenium.

DE FAMILIA RANZOVIANA.

SCipiades, Brutos, Pompeios, atque Camillos,
Æmilios, Fabios Roma ſuperba dedit.
Pomponios, Gracchos & cum Cicerone, Catones,
Præſtantes ſtudijs Martis & arte togæ.
Æternæ quorum famæ monumenta dicata,
Poſteritas poſitas ſuſpicit & ſtatuas.
Deſine mirari, totidem gens vnica terris,
Protulit Arctois proxima Ranzouios.

Inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Inter quos Schakko, Caius numeratur & Ottho,
Breidaq; cum Paulo Mauritioq; ſimul.
Nicoleos præſtans & cum Daniele Iohannes,
Qui ducibus Romæ Marte fuere pares.
Quorum dexteritas nec non Mauortia virtus,
Per varios caſus ſæpè probata fuit.
Conſtat enim cunctis quod magna laude vehendi
Præfecti fuerint militiæq; Duces.
Melchior, Hinricus Dethleuus, Balthaſarusq;,
Bartholdusq; illis annumerandus erit.
Inſigni functa eſt pars munere præſulis horum,
Æmula facundi pars Ciceronis erat.
Ac vltra centum Ranzoio ſanguine natis
Eſt ſoſpes noſtro tempore vita ſimul.
Quorum pars Danici Regni ſunt membra ſenatus,
Conſilio Holſaticos pars iuuat vſq; duces.

ALIVD DE FAMILIA Ranzouiana.

HActenus ambiguo lis hæc ſub iudice pendet,
Artibus aut armis laus ne ferenda prior.
Ranzouia Pallas litem hanc in gente diremit,
Has illis, illa his poſſe carere negat.
At domus eſt Cymbris non vlla vetuſtior oris,
Pluribus & quæ nunc claret imaginibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

RANZOVIDÆ CLYPEVS referens inſignia gentis.



Ranzouij rubra eſt Clypei pars dextra, ſiniſtra
Candida, ſed caſsis cornua bina gerit. (eſt
Cornua ſunt robur, Martis color alter, & alter
Pacis: vtrumq; ſatos nobilitate decet. (ſtas,
Forma quid hęc ſimplex? ſimplex fuit ipſa vetu-
Simplicitas formæ ſtemmata priſca notat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]

Lipſiæ,

GEORGIVS DEFNERVS

IMPRIMEBAT.

Anno

M. D. LXXXIIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 198 [19,-147 4°]